

cum in negotiatione propriè sumpta, seu mercatura. Hæc enim proculdubio est Clericis, & Monachis prohibita, si fiat ad lucrum, cap. *Fornicari*, & *par totem*, ss. dñi. Secus ex causa necessitatis, ut hæc notat glof. 1. & glof. *præalig.* in *summe*, 1. 9. 3. In hoc tamen adverte, quia si Clericus vel Monachus posset ibi viciū querere artificio, non licet ei mettatur exerceere, scilicet scilicet necessitate sed debetur potius propriis manibus laborare, ut cap. *Clerici vicium*, & cap. *seq.* 9. 1. 6. & c. Numquam, deconfess. dñi. 5. & est ex men. te D. Thomas in 2. q. 187. art. 3.

10. Artificiū vero esse Clericis, & Monachis permisum etiam lucri causa non obscurè tentit hic Innoc. in *princ.* in *verb.* *Luxur.* ubi limitat hanc prohibitionem de cœsi. Nisi lucrum proveniat ex opere, vel re iusta, & cum sequuntur Abb. Antiq. in *princ.* & Cardinal. n. 1.

Ver. un. Abbas Siculus hic in *prima questione* n. 1. ver. *Qamino*, intelligit, & bene dictum Innocentii, quando clericus operari propter lucrum suadente necessitate, ita ut ultimus finis non sit lucrari, sed necessitate propescere; alia non debet Clericus, vel Monachus folius lucri cœla artificium exercere; & quod secundum eum videtur probare textus, si recte ponderetur in d. cap. 1. vers. *Nec in hunc negotiacionem*, *sapra sed.* Et in hunc sensum intelligi præstatam glofianam, quest. 4. in *summa*, dum ait, in causa necessitatis permissum esse clericis negotiari, scilicet artificium exercendo, & propriis manibus operando; & sequitur Redouatus de *polili*, q. 2. n. 4.

Ego autem se equitus Beatum Thomam in 2. 2. q. 187. d. art. 3. Affero Clericis, & Monachis licetum esse artificium ad viciū parandum, ad orū fugiendam, ad concupiscentiam refranandam, & ad elemosynas faciendas, dum tamen non forde exerceatur, propter ea, que habentur in Clementi, & vit. & honest. cler. Sed si exerceatur ad merum lucrum, cœlio non esse licitum, ut plene probavi in dict. cap. 1. in 6. not. & num. 4.6. eveni pluribus *seq.* *up. ead.* ubi video. Et prater alios ibi allegatos hoc tentit Feder. de Senis in *præalig.* conf. 207. num. 3. ubi admittit clericis, & religiosis esse licitum artificium, nisi quando praiz facultates non suppetunt, exhortatis. 14. 9. 3. in fine *summae*.

11. Tertio nota ex secunda parte textus differentia inter Clericos, & Monachos: nam Clerici possunt aliorum possessiones conducere; quod intellige urgente necessitate, ut dixi satis in cap. 1. n. 5. 29. & 43. supra eadem: Monachia autem minime, quia nonnisi proprio possidente non possunt, cap. *dicat. 12. q. 1. con. finit.* Nomine tamen monasterii prohibentur conducere prædia aliena, si propria non sufficiunt; & propterea textus dum prohibet negotiacionem in primo dicto, loquitur de Clericis, & Monachis: sed in secundo dicto ubi prohibet conductionem, loquitur de Monachis tantum, innuens per hoc conductionem clericis indigenibus non esse interdictam, cum propriis eis lecas possidere; & ita hic declarat Innocentius in *ver. Sun.* Hofstien. in *ver. nomine*, *Burr.* n. 6. & alii communiter.

12. Vixim nota quod habetur in tertio dicto, videlicet laicos non posse ad firmam habere ecclesiæ ipsas, seu illarum administrationem. Unde nec decima, vel obvocationes possunt ei locari ut c

*Vestra*, *supradic locas*, & cap. *Qibrelam*, *infra*, Ne *Pralat.* *vices suas*, Hofstien. hic in *fin.* Sed bona temporalia, vel mola Ecclesiæ, & fructus decimorum bene possunt laicos locari, d. cap. *Vestra*, & hic per Burr. *mon. 6.* & Abb. *num. 2. vers. Temporalia.* Instante tamen necessitate posset fieri confessio laicos, etiam quoad ecclesiæ non quidem ut ipsam regant, sed ut per alias gubernandam procurent, ut firmat Io. Andr. in *cap. Ex ratione*, *num. 1.* *supra de etat. & qualitat.* quem sequitur Abbas d. n. 2. vers. Instante,

### Ne Clerici, & vel Monachi.

#### Cap. Relatum.

### S V M M A R I V M.

1. **M**onachis incorrigibilis de monasterio sunt expellendi, & monasterium reformati debet de Fratribus alterius Ordinis, si de Monachis eiusdem Ordinis reformati non posset.
2. Exemplum malum Monachorum est contagiosum, & a diis infusum.
3. Maxime si proveniat à Pralato.
4. Regula est in *præcepto.*
5. Declaratur.
6. Monasterium reformati debet de Monachis eiusdem, vel alterius ordinis, nec transuersi debet ad clericos sauvales, nisi in deficitum regularium.
7. Declatur, n. 8.
8. Ecclesia & clerus non posset ab Episcopo fieri regularis, sed non e converso, nisi deficiens regularibus.
9. Conventus parvissim transferri possunt ad clericos secularis, nec servandis gradus cap. Inter quatuor, de reig. domini.
10. Conventus, in quibus alii non posset competentes numerus religiosorum, sunt incapaces reformati, five id coningat ob redditum tenetum, & num. 12. & num. 28.
11. Sire ab acri intemperie.
12. Non ob infestationem prævarorum bonum.
13. Conventus parvi, circumscripti exemplioribus, reduci possunt ad statum secularium auctoritate Episcopi.
14. Ioannis Matiburni invenit in parvis Prioratu.
15. Generalis Ordinum cur abstinerint a dimissione parvorum conventuum, & n. seqq.
16. Bona suppressorum conventuum cum non potuerint applicari maioribus monasteriis aliis existentibus: ibidem vers. Vel demum quia, & n. 20.
17. Conventus parvi ab Innocentio X. suppreſſi in tota Italia, & Insula adiacentibus, & n. 26.
18. Et bona ipsorum applicata p[ro]p[ri]is usus in h[ab]em locu[m], ubi conventus existunt, & n. 40.
19. Papa potest applicare bona parvorum conventuum suppressorum aliis suis, etiam de potestate Ordinaria, & n. 36.
20. Papa potest applicare bona parvorum conventuum suppressorum aliis suis, etiam de potestate Ordinaria, & n. 36.
21. Monasteria ad quid fundata, & dota.
22. Papa de potestate ordinaria non potest fundationibus monasteriorum derogare, & voluntates communite.
23. Nec testamentum, vel contractum, aut aliam p[ro]m[is]ionem resindere.
24. Privilegium ex causa onerosa transit in contractum, qui à Princeps revocari non potest.

Papa

25. Papa non est propriè Dominus bonorum Ecclesiæ.
26. Contrarium. & n. seqq. v[er]g. ad n. 36.
27. Papa non potest contra alia Ecclesiæ præscribere & cur.
28. Papa habet plenitudinem potestatis singulariter, & universaliter in omnibus Ecclesiæ.
29. Potest res, & bone omnia Ecclesiæ orbis administrare, & differere pro libito voluntatu. & n. seqq. v[er]g. ad n. 36.
30. Et facere Monachum testabilem de bonis monasterio acquisiti.
31. Et jura unius Ecclesiæ auferre, & dare alteri. & n. 36.
32. Dominum rerum Ecclesiæ propriè loquendo non est apud aliquam Ecclesiæ particulariem, sed apud Christum. & n. 37.
33. Papa epater patrum, & cum omni Prelato in potestate, & jurisdictione concurret.
34. Papa ex iusta causa potest rem uni Ecclesiæ auferre, & alteri dare, & ultimas voluntates commutare.
35. Bona statimque sunt donata Ecclesiæ, sunt immediate acquisiti a Deo.
36. Donari primum monasterio sub conditione, ut rediderit Fratribus, primum redeat ad donantem, illud non recuperat, si Fratres recedant de mandato Pepe.
37. Testatorum prohibitio ne pia ejus voluntas possit per Papam communari, non tenet.
38. Religiones plurime, & monasteria per Papam suppressæ, & coram bona alio p[ro]p[ri]o vobis applicata reverteruntur.
39. Historia suppressione parvorum Conventuum refertur. & n. seqq. v[er]g. in fin.
40. Congregatio super statu regularium ab Innocentio X. instituta.
41. Constitutio pro numero personarum in singulis monasteriis prefigenda in Congregatione compilata.
42. Refertur.
43. Formula describendi statutum cuiusvis monasterii de mandato Congregationis concessa.
44. Bulla suppressione parvorum Conventuum Italie, & insularum adjacentium in Congregatione compilata.
45. Refertur.
46. Causa suppressionis.
47. Suppresso, & redditio ad statum secularium.
48. Reservatio facultatis Congregationis, & preservatio iuriarum fundatorum.
49. Terminis preficio ad dimittendo: Conventus suppressos coram loci Ordinario.
50. Facultas regularium aportandi prophana suppeditidem.
51. Parvorum aedictio.
52. Prohibitio facienda Divina in Conventibus suppressis sub pena interdictionis.
53. Ordinariorum facultas expellendi regulares à Conventibus suppressis, & cetera.
54. Deputatio Sacerdotum secularium ad curam animalium dictis Confessionibus incumbentem.
55. Applicatio honorum.
56. Prohibita ergredi nova loca regularia.
57. Declaratio intentionis Papa providendi extra Italem.
58. Officiorum remoto. ibidem.
59. Contrariorum derogatio.
60. Archib[is]copi Gnesensis littera ad Innocentium X. pro extensione Bullæ instauranda, ad Regnum Poloniae.

Prop. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

61. Littera Congregationis expriment nominatio[n]em Conventus suppressos, & exquirentes Episcoporum, & Capitulorum sententias pro bonis applicandas.

62. Relations applicationis bonorum Conventuum suppressorum à Papa ad se relatis approbat.

63. Littera circularis super granciū, & membris etiam Curati Monasteriorum.

64. Littera circularis super granciū, & membris etiam Curati Monasteriorum.

65. In granciū, & membris Monasteriorum habere non possunt regulares Sacerdotes, sed conversi canunt pro bonorum administratione.

66. Misericordia in capillis granciarum quando, & à quibus celebrande.

67. Curam marum in granciū, & membris Monasteriorum exerceri non possunt per regulares, sed per Vicarios perpetuos, vel amovibiles ab Ordinario deputandos. Granciarum bona reservantur ip[s]arum monasteriorum, ibidem.

68. Canonorum Regularium Literarientium granciū, & parochiales ab Innocentio X. declarantes comprehendunt in eis Bulla Instauranda.

69. Conventus plurimi primū suppressi, ac deinde ex rationalibus causis a Papa Religionibus restituuti.

70. Regulares de jure facultatem non habent uniuersi Ecclesiæ, etiam sibi pleno jure subjectas. ibidem, ver. præcedens.

71. Unio parvorum Conventuum ejusdem Religionis in eodem loco existentium qua lege facta fuerit. ibidem.

72. Decreto Innocentii X. super subiectione nonnullorum Conventuum jurisdictionis Ordinarii loci referuntur. & n. seqq.

73. Conventus nunquam suppressi, in quibus non alunt ad minus quatuor Sacerdotes, & duo conversi, sunt subiecti jurisdictioni Ordinarii loci.

74. Decreto Urbanus VIII. super monasteria cœli compauciori numero, quam duodecim religiosorum, preservatur in Decreto Innocentii X. Ut in parvis.

75. Licentia recipiendi novitos Congregatio multæ Religionibus concessit ante diem 2. Iulij 1652. sed postea abstinuit de mandato Papa v[er]g. ad diem 3. Iulij 1654.

76. Licentiam recipiendi novitos post diem 3. Iulij 1654, que Religiones obtinuerint.

77. Decreto S. Congregationis super statu regularium pro novitis recipiendis. & n. seqq. v[er]g. in fin.

Conventus à Congregatione designati pro novitibus, & profectori. n. 57.

78. Licentia recipiendi novitos infra numerum presum in quilibet provincia.

79. Examen novitorum. & n. seqq.

80. Actu in novitio, clericis, & conversis que.

81. Anavit nibi recipientum, excepto vicis, & vetitu tempore probationis.

82. Novitii post professionem in professorio sunt collocandi.

83. In novitaribus, & professori Superior, & familia à quibus constitui, & amoveri possit.

84. Vita communis in novitaribus, & professori exacte observanda.

**R**ELATUM. Monachi incorrigibiles de monasterio expellentur, & reformatiur monasterium de fratribus alterius Ordinis, si de Monachis ejusdem Ordinis reformati non potest. Hoc dicit secundum Jo. Andr., cui subscribunt Burr. Card. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. & sunt duas partes. In prima excusus narratur. In secunda corrigitur ibi, Ideoque.

2. Nota primo ibi, Et alios exemplo suo corrumpunt. Malum exemplum Monachorum esse contagium, & alios inficere: polluit enim ex uno peccatore populus; & sic ex una ove morbida universus grec inficitur, sic ex uno fornicate, vel aliud quodcumque scelus committente plebs universa polluitur, que sunt verba cap. sed illud, q. 4, dis. & in exemplum culpa vehemens ostenditur, quando pro reverentia Ordinis peccator honoratur, dicit text. in cap. Nemo, 3, dis. Quod maximè procedi si malum exemplum provenit a Prelato; nam ut legitur in cap. Praepub., 1, 9, 3. (Sci- re Prelati debent, quod si perversa unquam perpetrant, tunc mortibus digni sunt, quod ad suos subditos perditionis exempla transmittunt.) confess. Conc. Trid. c. 1, ss. 22, & c. 1, ss. 24.

4. Secundo, nota ibi, c. 2, 2. Regulum esse in pra- cepto, prout hic notat Bernardus post casum, & in gloss. i. & patet ex Conc. Trid. ss. 2, 3. de regulari. et ubi praecepit, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad regulam, quam profecti sunt, prae scriptum vitam instituant, & compobant; sed Hof. hic, & Jo. Andr. n. 2. Burr. n. 4. & Anchar. n. 3. dicunt hoc verum esse indistincte quod ad tria sub stancialia, de quibus notatur in cap. Ex parte, supra de Regul. Se quod ea, que concincentur in cap. Cum ad monasterium sup. est. Monach. omnia vero alia, que habentur in Regula, non putant esse in pra cepto; alioquin vix unus de quatuor Monachis salvaretur. Et subdit Joann. Andr. per hoc com mandari regulam Prædicatorum, per quam trans gressores Constitutionum ad penam obligantur, sed non ad mortale in his, quia per se non sunt mortalia: de Fratribus autem Minoribus remittit ad Clem. Extr. §. Cum igitur, & §. seq. de verbis significat, sed tū in hoc articulo plenius distinguere, ut optimè hic per Abb. n. 6. & addere quod scripsi in cap. Explicavit, n. 4. & seq. up. de obser. jejuni.

6. Ultimò nota ex textu casum singulariorem: quo per Episcopum potest alterari status Ecclesiæ regularis: nam si non potest reformati de Monachis ejusdem Ordinis, ut hic. Quid ergo si non reperiantur Regulares etiam alterius Ordinis? dicit Jo. Andr. & Abb. post eum n. 3, quod tunc pos terunt instituti seculari per cap. Inter quatuor, sup. de Relig. domib. ubi probatur: in hoc tamen fer vandi sunt certi gradus. Primo enim monasteriū reformati debet de regularibus ipsius monasterii; secundo in defectum eorum, de Religiosis ejusdem Ordinis; tertio devenientium est ad Regulares alterius Ordinis; & postrem in defectum omnium Regularium, poterant ibi in striti clerci seculari resurgere hic per Hof. n. 3, in ver. Reformari, & Abb. n. 7. ubi ait: (Dic ergo, quod primò debent induci Monachi monasterio ad ob servandum, ut hic, & si fini incorrigibiles, debent reformati de Monachis ejusdem Ordinis si habe ti possint, ut hic; & in defectum elebent assumi de alio Ordine, omnibus autem deficientibus, recur rendum est ad clercos seculari, ut in d. cap. Inter

quatuor, & sic est casus, in quo potest Episcopus Ec cleiam regularem reducere ad statum seculari rem.) Hac Abb. quos gradus posuerunt etiam in eodem cap. Inter quatuor, gloss. vñca, Hof. n. 2, in ver. Defectum, & collatum isti Jo. Andr. codicem n. in ver. Ordinarij, Burr. n. 5, Card. in fin. Abb. n. 1, vers. Oportet tamen, & Joann. de Anan. n. 2, vers. Et confi dera. Quamobrem quamdiu monasteria per Regulares remanere potuerunt ordinata, non sunt ad secularia clericos transferenda, que sunt verba Innocentii III. in d. Decretali Inter quatuor, de Relig. domib. & ibi plenè scripti. Ad idem text. in cap. Possessiones, ibi: Non debes Ecclesiæ, in quibus Monachii ministrare conseruerunt, clericis, vel laicis assignare, supra de rebus Eccles. non alien. Semper enim reformati debet monasterium de hominibus ejusdem professionis, si fieri potest, ut ait glori. hic post casum. Unde Benedictus XII. in Bull. Reformationis Monachorum Ordinis S. Benedicti, quia incipit, Summi Magistr. cap. 3, 4. Bullar. tom. i. pag. 195. sic statut: Si aliquod monasterium ipsius Ordinis, seu Religionis lapsum in Religione, vel observancia regulari patiatur, qui per Abbatem, vel alium administratorem, vel Monachos ejusdem monasterii verisimiliter re parari non possit, auctoritate Apostolica afflantur de alio monasterio, in cultu ejusdem Religionis vigente, Monachi idonei, & ad dictum monasterium laicis patientis transmittantur, inibi quādūm expeditius fuerit, moratori, per quos lapsus hujusmodi reparari. Item in Concilio Calcedonensi cap. 24, 14 legitur: Quia semel dicata fuit monasteria cum consilio Episcoporum, maneat perpetuò monasteria, & res, quæ adea pertinent, monasterii reservari oportet, nec pos se ea ultra fieri secularia habitacula, refertur in cap. Quia semel, 19, q. 3. & concordat cap. penult. il secundo, & cap. Dudum, 18, q. 2. & Concilium Aquisgranen. sub Gregorio IV. cap. 18. Conciliorum tom. 3, par. 1. feb. 2, pag. 321. ibi: (Monasteria Divinis sollemmodo cultibus dicta non debere seculari dari, & Canonica prodit auctoritas, & ipsorum destruicio locorum.) Quinimum Octo nū imperatori cogitanti expellere Monachos disolute viventes a monasterio S. Pauli de Urbe, & ibi Clericos seculari instituire, apparuit nota per vitum Beatisissimi Apostoli Pauli, eumque fieri admonuit, ut a proprio desisteret, & in propria vocazione recomendarerit corruptos, ut referit Card. Baron. ad annum Christi 996. & dixi latius in d. cap. Inter quatuor, n. 8 de Relig. domib. Et his collige differentiam inter Ecclesiæ regularem, & seculari: nam Episcopus non potest regularem Ecclesiæ transfere ad statum seculari, nisi in defectum Regularium ejusdem, vel alterius Ordinis, ut sepius repetitum est: at vero Ecclesiæ seculari bene potest transfere in regularem favore Religionis, ut in cap. Apologetica, de donis, & cap. bona rei, 1, 2, q. 2. & in cap. Ad diu ntiā il secundo, de Ecclesi. adi. & ibi gloss. 2. & Abb. hic n. 4.

8. Declara nunc notabilitatem quod dictum est de monasterio non transferendo ad clericos seculari res, nisi in defectum regularium, ut locum habeat, si monasterium, in quo regularis observancia est collapsa, sit tale, ut in eo alii possint, ut Monachi, seu Religionis, quod sufficiant ad observantium regularium institutionum, cuiusmodi erat monasterium

sterium de Brescia, de quo in hoc cap. & monasterium S. Pauli, de quo sup. proxime: tunc enim non debet statim reduci ad statum seculari, sed prius reformati debet ex Monachis ipsius monasterii, aut ejusdem, aut alterius ordinis juxta propositionem graduationem, & omnibus deficientibus, transferri debet ad clericos seculari, ut in predicta Decretali Inter quatuor. Secus vero si obstatum, & elemosynarum tenuitatem monasterium actu non alat, nec aere possit nisi paucos aliquot Religiosos, pura unum, vel duo Sacerdotes, & unum vel duos Conventus: cum enim illico Ecclesia regularis potest fieri secularis, nec servandi sunt gradus, de quibus iupr. Ratio est, quia impossibile est, ut reformationem in eo introducant Regulares ejusdem, vel alterius ordinis, cum locus ipse sit incapax reformationis; non enim potest ibi esse Chorus, ne studium, nec vita cō. munis, nec ulla regularis observantia, ut plene habetur in proemio Bull. a Innocentia, inferius relaz. 47. neq; huic malo occurrit potest regularis illi a monasterio expellantur, & cotidie in eorum locum subrogantur, quemadmodum precipit in hoc c. Quantum in subrogatio eadem est causa relaxacionis: non enim ex virtute personarum vivitur sine Regula, sed ex virtute loci, qui regulam servari non paruit: quippe si a monasterio ejusdem duos, vel tres Frates iei commorantes, quamvis subrogaveris meliores, tamen citò relaxabuntur & illi, natura loci id operante, sicut contingit habitacionibus in loco aëris infalubris: nam si non sunt in morbum incident, si vero infirmi, morbus ingra vescit, ut cap. Qorundam, 7, 4, dis. Addo quid il in aliqua religione extarent exempli gratia, ducenti pavvi Conventus, & in quilibet ipsorum non degenerent nisi tres, vel quatuor Frates, vtique si haberet locum hanc Decretalis, & tales Conventus, expallis prædictis Fratribus, & sent reformati ex Fratribus ejusdem, vel alterius Ordinis, oportet educere ex hac, vel alia religione sexcentos vel octingentos Frates tridionis observantia, quod effet non minus ridiculum, quam impossibile; & nihilominus futurum esset, ut subrogari in numero tam exiguo ibi de gente, paulatim in eundem morbum relaxacionis incident, & istic ejus, iterum alii reformati forent subrogandi, & darent processum in infinitum; & licet accidere possit, ut in aliquo parvo Conventu repertiantur interdum aliqui Religiosi devoti, & boni exempli, tamen semper vorum erit eos non posse ibi in numero tam exiguo regularia instituta observare, ut in cap. fin. de Capel. Monach. nec expectandus est lapsus, sed præcavendus, cap. Monach., bi. (Nac foli spiritualium holium conditum experte.) de statu Monach. Melius enim est occurrere intem por, quam post exitum vendicare. l. 1. C. Quando tecas unicuique sine judice. l. fin. C. Quibus caus. in interdicto resfit. Et quod dictum est de redditum, & elemosynarum tenuitatem, idem intelligi si ob aliam causam in monasterio degere non possit competens numerus Religiosorum, puta ob aëris intemperiem, iuxta textum in d. c. Qorundam, 7, 4, dis. quam ob causam suppeditus fuit Conventus Congregationis S. Joannis à Carbonaria Ordinis S. Augustini, civitatis Carinol, in quo propterea degere non conveverant nisi duo, vel ad sumnum tres fratres sine ulla observantia regularis disciplinæ, licet haberent annos redditus Ducatorum

aliter non possit reformati locus ille, quā per  
13 Canonicos ut extra de stat. monach. cap. Cum nobis,  
quæ sit remota: quinque circumscriptis exemptionum privilegiis, quando monasterium alterum non potest reformati, et duci potest ad statum secularium etiam ab Episcopo ordinaria authoritate, ut notar. Joann. in cap. Si Episcopus, angl. prima, 12. q. 2, & concordant Alanus, Tancredus, & Bernardus relati ab Archid. in cap. Statuum, n. 4, circa fin. 15. q. 3, & hoc credit servandum. Jo. Andr. in d. cap. Inter quatuor, in glof. 1. nu. 3. de Relig. dom. & est de mente glof. prima, ibi inter verb. Peneruntur & sequitur Abb. hic n. 5. Neque vero ex hoc aliqua muritur nota religiosis, qui per le fæctæ sunt, & notissimum est quantum ex monasteriis pie infinitum, & recte administratis in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitas oratur: ut in Conc. Trid. sess. 2. de Regulari, cap. 1. Sed solūm notant ipse parvi Conventus, qui viris religiosis, ac zelum Dei habentibus semper fuerunt exosi, quippe qui illatum decori, & militiū semper magnopere derraxerunt, ita, ut vulgare sit apud ipsos Prelatos regulares. Conventus parvi corrupti magnō. Unde non immēritio in Bulla Innocentiana appellati sunt Vulpes parvule, que denouuntur vineas. Hæc enim verba quamvis à quibusdam deraffortibus temere, ac percalumianam, malitiamque traducta fuerint ad religiones, tamen revera non ad religiones, sed ad parvos ipsos Conventus referuntur, immo ad religiosos ipsi contra diffinguntur etenim si menam in procēdio Bullæ Pontificis primò inveniunt in parvo Conventu, quod fin fine illa regulari observantia, quod fiant receptacula flagitiorum, & quod majora monasteria insistant: & postea subdit immediatè: Hac quippe sum zuzania a religione ritico separanda (ecce aperta contradictionis Religionum, a parvis Conventibus.) Ha sunt vespes parvula (scilicet Conventus parvi) qui denouuntur vineas (scilicet Religiones) hoc est fermentum (id est parvi Conventus) quod totam massam, id est religionem corruptit. Et sane cum Inno. animum induxisset has parvas dominicas de medio tollere, & abolerre, utique oportebat eum illorum malitiam, & perniciem probarere, sicut moris fuit prædecessorum Pontificum, qui cum aliquem ordinem supprimere, & extinguerre voluerunt, illius quoque abusus, & corruptræ palam edixerunt, ut videre est in proclamatio Bularum exctionis Ordinis Templiariorum, Humiliatorum SS. Barnabæ, & Ambroſii, & S. Balii Armenorum, de quibus infra n. 46.

14. Sed & Joannes Maburnus Abbas Liutarenus in Belgio Ord. Canonorum Regularium vir admodum pius, & doctus, & scriptor antiquis, cuius memini multa cum laude Pollevinus in Apparatu sacro, in Roseto exercitorum spiritualium tr. 2. c. pag. 45. sic differit de parvis Conventibus. (In parvis Prioratibus (li Bernardo, Hugoni, & Umberto credunt) & religio annhilatur defensio observantia, quæ ibi relaxat, & merita obedientia immunitur, concientia facile periclitatur, unde tales Prioratus parvi non sunt nisi religionis dissipatio, Monachorum profibula, & latrocinita Religiorum. Religio enim semper in Congregatione servatur in concilio jutorum, & in adiunctione, non in dispersione.) Hæc illæ. Et propterea plures Generales, & capita ordinum superius cogitarunt has regulares dominicas a re-

ligione abscondere, & in manibus Episcoporum dimittere; ad idq; obtinuerunt etiam facultatem à Romanis Pontificibus per litteras informa Brevis, in quibus alleruerunt parvos Conventus hujusmodi obliterantia regularis, ac discipline relaxationem, cotiusq; Ordinis detegimus, & ruinam esse, in deferit verbis legitur in literis fel record Urbani VIII. ad Correctorem Generalem Minorum S. Francisci de Paula, sub datum Rome die 23 Junii 1533, & in aliis pluribus. Sed ha faculta illi non sunt, vel quia Conventus hujusmodi solvunt quotannis taxam contributionum capitibus ordini pro sumptibus faciendis ratione officii, que quidem contributions ex illorū diffusione remanserint valde immunita, & externe, nisi repartita sufficiat inter alios Conventus non supplexos, quod vix fieri potuerit sine Fratrum querela: vel quia non huerunt in se concitare odium Provincialium, qui a parvis Conventibus haunū multa pecuniam ratione contributionum, & procuratione occasione vibrat, & largitionum quas accipiunt à Superioribus localibus, & Fratribus de familia: vel quia confituti putant non perturbare tot fratres in parvo Conventus filiationem habentes, & plerumque oriundos ex locis, ubi Conventus sunt siti, quibus supplexis, a patria perpetuo exulantur: vel quia noluerint privare seipso, & Provinciales jurisdictiones, & autoritatem, quam medianibus his Conventibus habent feri in singulis oppidis, willis, & pagis eiusdem. Quæ dicitur: vel quia tales Conventus alibi in servient pro hospitio Fratribus illac transiuntibus occasione Capituli, visitacionis, aut aliam ob causam, qui aliquoquin cogentur divertere ad cauponem, vel hospitium: vel quia satius doxerunt hominibus dictorum locorum hanc molestiam non exhibere, qui libenter peccata sua aperiunt Regularibus, quam proprio Patocho, vel Presbyteris facultatibus, ut experientia compertum est: vel deinceps quia cum in facultatibus supprimendi parvos Conventus Romani Pontifices quandoq; indulserint, ut illorū bona applicarentur majoribus monasteriis ejusdem Ordinis, etiam alibi existentibus: ista applicatio ferè numquam potuit effectum sortiri populus reclamantibus, & Regularibus tandem coadiuerunt redire ad Conventus dimislos, ut sic vitaret populorum tumultus, immo accidit aliquando, ut cum inde aportarent sacram, vel prophanam supellestilē ad majorem Conventum, populus manu armata restiterit, & supellestilem ablatur ad primum Conventum vi reduxerit. Et sane cum monasteria ferè omnia sunt fundata, & dotata ex erogationibus fidelium pro Missis celebrandis, & Divinis officiis obediendis in eorum Ecclesiis, utnotat Bellam in c. Per principalem, n. 9. 3. vers. Et maxime quæ bona, 9. 3. allegabatur esse contra Canonicas sanctiones subtrahere populus auxilia spiritualia, & Ecclesiæ reliquæ omni cultu, ac veneratione defitit, ut cap. Si quæ ruita, 16. q. 7. cap. El temporis, in fin. 16. q. 1. cap. Exirpanda, 8. Quia vero sap. de prob. Et est expremum in Clem. Ne in agro, 3. ad hac. ver. Monachis locorum, de stat. Monach. & ad vertit Bellam, loco citato.

15. Jure igitur optimo san. mem. Innocentius X. Quod & a pluribus ejus prædecessoribus optatum fuerat, suppressio, & extinxit parvos Regularium virorum Conventus in tota Italia, & insulis adjacentibus, eosque ad statum secularis reduxit, ut in Bulla inferius inserta n. 47.

## Ne Cler. vel Monach. c. Relatum.

centibus, eosque ad statum secularis reduxit, ut in Bulla inferius inserta n. 47.

16. Bona vero ipsorum applicavit aliis piis usibus in iisdem locis, ubi conventus sunt siti, isque non indigentibus, in aliis locis ejusdem Diocesis.

17. Stance enim impossibilitate illos reformandi de regularibus ejusdem, vel alterius Ordinis, & necessitate eos transferendi ad Clericos secularium, ut probatum est supra, sequitur per necesse, ut Papa nedum de potestate aboluta, seu de plenitude potestatis, secundum quam est supra omnes humanum politivum, cap. Propofit, de concess. Proben, sed etiam de potestate ordinaria, & a jure regulata potestate illorum bona applicari eisdem Clericis ibi ministrantibus, ut sic viventer de Altari, cui in servient, t. ad Corinth. 9. cap. Ex his, 12. q. 1. cap. Ex officiis, de prescript. cap. Cum secundum de Proben, iustum namque est ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commode reperitur obsequium, cap. Charitatem, 12. q. 2. cap. Concordantia, quas posuit in cap. Si quis sacerdos, n. 7. sup. de pecul. Cleric. Quemadmodum stante potestate Papa, immo & Episcopi expellendi Monachos incorrigibiles a monasterio, & illuc introducendi regulares alterius Ordinis reformationis causa, juxta gradum superiorius proposcitur n. 6. per necesse conquirit certa, & inconclusa potestas assignandi eiis alienata ex redditibus monasterii, ut labores impiorum iusti edant, quæ sunt verba hujus Decretalis in fin.

18. Sed objicit aliqui. Monasteria omnia ad hoc fundata, & fideliū erogationibus dorata fuerunt, ut in eis perpetuè manerent regulare, & ex preventibus solentur illorum non autem sunt habentia Clericorum secularium, cap. Quæ somel, 19. q. 3. cap. Pervenit, ille secundo, cap. Datum, 1. 3. quæ fin. 2. cap. Possessiones, de rebus Eccles. non aliena.

19. His autem fundationibus Papa saltem de potestate ordinaria non videtur posse derogare, nec voluntates committuntur, nam ea, quæ ad certum ultimum largitione sum definita fidelium, ad illum debent, non ad alium converteri, ut legitur in Clem. Quia contingit, in prime, de relig. domib. & concordat. Concil. Tridentinum sess. 2. de reform. cap. 5. unde, ut Bald. conf. 8. 2. Factum proponit, n. 1. lib. 1. illud, quod est depuratum pro remedio animæ tollatoris, contrahentis, vel tertii, in aliis usus auctoritate Principis converti non debet, quia loquendo de rationabilis potentia non potest Apostolicus, vel Imperator rescindere tellamentum, vel contractum, vel aliam piam dispositionem, de testamento est expressum jure civili in l. Sist. mentum, C. de refam, de contractu est expressum jure civili in l. Ratis, ad hoc C. de refindend. vendit, & in l. Legatum, s. de ejusmodi legat. De jure communis est expressum, quod non debet permutari ad alium usum, si potest converti ad ultimū definitum, in cap. Quia contingit, de relig. domib., in Clem. & paulo infra rationem reddit, quia talis permutatio, seu alteratio voluntatis est naturali ratione, & aequitati contraria. Hoc autem maximè videtur procedere in illis fundationibus monasteriorum, quæ factæ fuerint ex concessione Papæ, quales sunt fundationes omnes, quæ in Ordinibus Mendicantium factæ fuerint post prohibitionem Bonificii VIII. de qua in cap. vn. de excess. Prelat. lib. 6.

20. Stance enim impossibilitate illos reformandi de regularibus ejusdem, vel alterius Ordinis, & necessitate eos transferendi ad Clericos secularium, ut probatum est supra, sequitur per necesse, ut Papa nedum de potestate aboluta, seu de plenitude potestatis, secundum quam est supra omnes humanum politivum, cap. Propofit, de concess. Proben, sed etiam de potestate ordinaria, & a jure regulata potestate illorum bona applicari eisdem Clericis ibi ministrantibus, ut sic viventer de Altari, cui in servient, t. ad Corinth. 9. cap. Ex his, 12. q. 1. cap. Ex officiis, de prescript. cap. Cum secundum de Proben, iustum namque est ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commode reperitur obsequium, cap. Charitatem, 12. q. 2. cap. Concordantia, quas posuit in cap. Si quis sacerdos, n. 7. sup. de pecul. Cleric. Quemadmodum stante potestate Papa, immo & Episcopi expellendi Monachos incorrigibiles a monasterio, & illuc introducendi regulares alterius Ordinis reformationis causa, juxta gradum superiorius proposcitur n. 6. per necesse conquirit certa, & inconclusa potestas assignandi eiis alienata ex redditibus monasterii, ut labores impiorum iusti edant, quæ sunt verba hujus Decretalis in fin.

21. Sed objicit aliqui. Monasteria omnia ad hoc fundata, & fideliū erogationibus dorata fuerunt, ut in eis perpetuè manerent regulare, & ex preventibus solentur illorum non autem sunt habentia Clericorum secularium, cap. Quæ somel, 19. q. 3. cap. Pervenit, ille secundo, cap. Datum, 1. 3. quæ fin. 2. cap. Possessiones, de rebus Eccles. non aliena.

22. His autem fundationibus Papa saltem de potestate ordinaria non videtur posse derogare, nec voluntates committuntur, nam ea, quæ ad certum ultimum largitione sum definita fidelium, ad illum debent, non ad alium converteri, ut legitur in Clem. Quia contingit, in prime, de relig. domib. & concordat. Concil. Tridentinum sess. 2. de reform. cap. 5. unde, ut Bald. conf. 8. 2. Factum proponit, n. 1. lib. 1. illud, quod est depuratum pro remedio animæ tollatoris, contrahentis, vel tertii, in aliis usus auctoritate Principis converti non debet, quia loquendo de rationabilis potentia non potest Apostolicus, vel Imperator rescindere tellamentum, vel contractum, vel aliam piam dispositionem, de testamento est expressum jure civili in l. Sist. mentum, C. de refam, de contractu est expressum jure civili in l. Ratis, ad hoc C. de refindend. vendit, & in l. Legatum, s. de ejusmodi legat. De jure communis est expressum, quod non debet permutari ad alium usum, si potest converti ad ultimū definitum, in cap. Quia contingit, de relig. domib., in Clem. & paulo infra rationem reddit, quia talis permutatio, seu alteratio voluntatis est naturali ratione, & aequitati contraria. Hoc autem maximè videtur procedere in illis fundationibus monasteriorum, quæ factæ fuerint ex concessione Papæ, quales sunt fundationes omnes, quæ in Ordinibus Mendicantium factæ fuerint post prohibitionem Bonificii VIII. de qua in cap. vn. de excess. Prelat. lib. 6.

23. Sed & Joannes Maburnus Abbas Liutarenus in Belgio Ord. Canonorum Regularium vir admodum pius, & doctus, & scriptor antiquis, cuius memini multa cum laude Pollevinus in Apparatu sacro, in Roseto exercitorum spiritualium tr. 2. c. pag. 45. sic differit de parvis Conventibus. (In parvis Prioratibus (li Bernardo, Hugoni, & Umberto credunt) & religio annhilatur defensio observantia, quæ ibi relaxat, & merita obedientia immunitur, concientia facile periclitatur, unde tales Prioratus parvi non sunt nisi religionis dissipatio, Monachorum profibula, & latrocinita Religiorum. Religio enim semper in Congregatione servatur in concilio jutorum, & in adiunctione, non in dispersione.) Hæc illæ. Et propterea plures Generales, & capita ordinum superius cogitarunt has regulares dominicas a re-

15. similiter Paulus de Lazar. in Clem. 1. de Summ. Trin. dicit Papam esse dominum rerum omnium Ecclesiæ, & eum sequuntur ibi Card. n. 4. Barbat. n. 4. 5. & 6. & Cornelius conf. 3. 49. Videatur. n. 5. vol. 1. assignantes rationem diversitatis inter Papam, & Imperatorem, qui non est propriè dominus rerum privatiorum. Bene à Zenone, juncta 27. gloss. in ver. Omnia Principia. C. de quadri. præscript. & proptermodum Speculator in it. de præscripte. n. 18. 28. vers. illud etiam queritur, dicit Papam non posse contra alias Ecclesiæ præscribere: nam omnes Ecclesiæ sunt fidei, quia habet plenitudinem potestatis in quilibet earu. cap. Qui se sit. 2. q. 6. cap. Nunc vero. 9. q. 3. cap. Propositor de concess. Preben. d. 1. Bene à Zenone, c. Convenio. 2. 3. q. 8. ergo per præscriptionem nihil acquirere: sed & Innocentius in cap. Cim pridem, in verb. Regnari, de paci. dicit Papam habere plenitudinem potestatis super omnes Ecclesiæ singulariter, & universaliter. c. Decret. 2. q. 6. item Petr. de Anchaz in proxim. sexi. c. Sacrofante. n. 3. Papam habere iurisdictionem arbitrium in rebus ecclesiasticis omnibus Ecclesiæ transferendi, & pro libitu disponendi; & assignare rationem differenter inter res Ecclesiæ, & res privatiorum, & ante eum Bald. illius Praetor d. cons. 2. in princ. lib. 2. (Papa, inquit, potest res, & bona omnium Ecclesiæ Orbis administrare, & disponere pro libito voluntatis, præterim substantibus causis, & quod sit ab eo, videtur procedere ab ore Dei.) cap. Si mones. 19. dist. & item Bald. cons. 17. 5. Papa, sive Ecclesia Romana, lib. 2. confutat pro validitate venditionis bonorum cuiusdam monasterii factæ per Papam cuicunque nobili, & n. 2. sic ait: (Præterea hic Dominus Papa non vendidit rem alienam, sed suam: nam omnes res Ecclesiæ sunt quoad plen. nam, & liberam dispositionem.) Item Socin. Sen. cons. 1. 3. Præfens conclusio, vol. 1. similiter respondit Papam posse facere Monachum præfissum testabilem, & dare illi facultatem donata bona monasteriorum aquilæ, & n. 34. sic loquitur: (Nec dicat quispiam, quod Papa non possit præjudicare Ecclesiæ, vel monasteriis super hujusmodi bonis; quoniam hoc est manifestè falsum, quoniam Papa in beneficiis, & ipsorum bonis habet omnino mandam, & absolutam potestatem, cap. 2. in princ. de Præben. lib. 6. Clem. 1. Ut late pendent, nota gloss. 9. q. 2. cap. Per principalem, & probatur 7. 8. dist. cap. Oportebat, & 97. dist. Ecclesiæ, tenuer. Jo. Andr. in c. 1. de Summ. Trin. lib. 6. & posito quod verum dominium non suum, secundum quod aliqui voluntur, tamen ipse habet omnino mandam, & absolutam dispositionem, administrationem, & dispensationem, & potest unire Ecclesiæ, & suppri mere dignitates, & alteram alteri subiugere, & iura uniuersitatis dare, ut 16. q. 1. cap. Et tempora, & c. Sunt duo, de excess. Prælat. cap. Sic unit, de officiis, legat. cap. Translatiōnem, sicut Princeps potest de rebus fiscalibus. Bene à Zenone, c. de quadri. præscript.) Hactenus verba Mariani Soccini. Quinidem dicunt Lud Roman. conf. 4. 00. circa primum in 1. col. & in 10. col. & ex illo Cornelius d. cons. 3. 49. n. 6. Papam posse etiam sine causa iura unitis Ecclesiæ auferre, & dare alteri si vult, dicentes hoc esse expressum in cap. Ex multiplici, de Decimi, & in Clem. Du. dum. 5. Nos. de Seput. idemque dixerunt in cap. Contrafut. But. n. 7. & Abb. n. 1. 3. de Relig. Domib. & volunt gloss. in cap. Si gratio, in ver. A Romano Pon-

16. siſce, in fin. de rescript. lib. 6. quam sequitur Decius cons. 3. 41. v. 1. 5. 6. quibus demum addo Papum de Castro conf. 2. 8. sub num. 3. lib. 1. ubi notabiliter ait: (Aut queritur an Papa possit auferre aliqui Ecclesiæ dominium rei sua, vel aliquod jus illi qualitum: & clarum est, quod sic ex fine volumate, & fine aliqua causa, licet facere hoc non debeat per ea, que habentur in cap. 1. 2. dist. & d. cap. Confutatio, de Relig. Domib. de priv. cap. Antiqua, & ratio est, quia dominium rerum ecclesiasticarum, propriè loquendo non est apud aliquam Ecclesiæ particularē, sed apud Christum, ut notat Innoc. de cauf. posse, & propriet. cap. Cum super, cuius Papa est Vicarius cum omnimoda potestate in terris, ed quia Ecclesia Catholica, cuius Christus est caput, est una, cuius Princeps est apud Ecclesiæ Romanam, qui fuit à Deo immediate instituta; ex parte vero Ecclesia tamquam rivulus fuerunt instituti ab ipsa Romana Ecclesia, ut dicitur. 22. dist. & 24. quæst. 1. cap. Loquuntur, & ideo quidquid juris est apud particulares Ecclesiæ, est etiam apud Papam, qui, ut dixit Joan. Monachus, est pater patrum, & cum omnibus Prælati in potestate, & iurisdictione concorrit: unde quando auctor rem alicui particulari Ecclesiæ, potius dicitur auferre administrationem, quam dominium, extra, de donat. cap. 2. quia dominium est potius apud ipsum Papam, cum sit apud Christum, cuius est Vicarius, vel apud Ecclesiæ Catholicam, que est una, cuius ipse est Princeps per illa verba Christi ad Petrum: Pasc oves meas.) Hactenus verba Pauli de Castro, & cum sequitur Decius d. cons. 3. 41. num. 8. & 9. Ex quibus appareat hanc opinionem communiter teneri, quam etiam amplectuntur novissime Domini de Rota apud Merlin. decif. 7. 7. tom. 2. ubi refutant Papam esse dominum omnium bonorum Ecclesiæ, & habere plenariam dispositionem Iure Monarchico, quod apud eum resuldet in universum corpus Ecclesiæ, & singula eius membra: id que confirmant quamplurimis auctoritatibus, & rationibus. Et idem repetunt in terminis nostris decif. 8. 45. nam cum fel. rec. Clemens VIII. scilicet largafest omnes Ecclesiæ, & beneficia Canonorum Regularium Ordinis S. Augustini Princeps Cataloniae, illaque, & illorum proprietatem, & dominium sunt, ac Sedi Apostolice dispositioni dumtaxat reservat. Rota resolvit hujusmodi reservationem intrare etiam ultra regulas Cancelleriarum in membris non reservatis, & cum pars adversa concenderet reservationem esse intelligendam respectu dominii, non autem respectu collationis, Rota ibi n. 1. 1. refutat hanc interpretationem, quia inquit etiam si Papa expresse non referat libi dominium, & proprietatem Ecclesiæ, & attamen ipse Pontifex tamquam caput Ecclesiæ ante facultationem erat dominus, & supremus arbitrus dominii, & proprietatis Ecclesiæ, allegat Rotam decif. 8. 1. n. 9. & 10. p. 5. rec. & alios complures.

17. Sed quicquid sit de veritate harum opinionum, de quibus potest consuli Card. Bellarm. in c. Cum super. in 1. quæst. de cauf. posse, & propriet. & in cap. Per principalem, in 4. quæst. principal. 9. q. 3. ubi hanc materiam latissime, & magistratiter prosequitur à n. 7. 2. usq; ad n. 100. & Navarr. in Commentario de Spoliis Clericorum super cap. Non licet Papa, in 7. no. 1. 2. q. 2.

Respondeatur 2. dista Theologorum, de quibus supra à numer. 21. ad casum praesentem non pertinere; quia Papa ad suppressionem parvorum Conventuum & applicationem bonorum non processit quasi dominus bonorum ecclesiastico rum pro libito voluntatis, & de potestate absolu ta, sed ex iustis, & rationabilibus causis pro debito sui pastoralis officii, & secundum canonicas san ctiones, ut evidenter ostendunt rationes expeditæ in prototypo Bullæ, de qua infra numer. 47. & abunde ostensum est supra à numer. 8. usque ad numer. 21. concurrence autem iusta causa, que in Papa semper præsumitur, ut per Socin. d. cons. 1. 3. numer. 3. 5. vol. 1. & Merlin. d. decif. 7. 7. Convenient omnes tam Canonistæ, quam Theologi, Papam ut supremum administrator, ac dispensorum bonorum Ecclesiæcorum posse res uni Ecclesiæ auferre, & dare alteri, ut tradunt omnes in cap. Quæst. in Ecclesiæ, de Confut. post gloss. in cap. Omnes in ver. Injustitia. 2. 2. dist. & gloss. posse, in cap. Duo simul, de officiis. Ordinar. Bellarm. in d. cap. Per principalem, numer. 9. ubi dicit casum esse indubitem, quod Papa cum iusta & rationabili causa res unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ potest donare, vel impingonare in perpetuum, vel ad tempus. Unde & potest ultimas voluntates commutare, nec unquam apud viros catholicos iusta causa sufficiente revocata fuit in dubium hæc Summi Pontificis auctoritas, eamque expresse agnoscit Viennensis Concilium, ut in Cle. Quia contingit, in princ. de Relig. domib. innovata à Conc. Tridentino. 7. 7. cap. ult. & 7. 25. de refor. cap. 8. nam quoniamvis ibi caveatur, ut ea, que ad certum usum largitione sunt definita fidelium, ad illum debeat, non ad aliud convertitatem ante verbum converti, inferior clausula illa, salvo quidem Sedi Apostolice autoritate: unde gloss. ibi in ver. Seda Apostolica. (Nota, inquit, per hanc litteram Solum Papam alterare posse usum illorum, quæ per fidem donata sunt, vel reliqua.) & discordantibz Paulus. Card. Anchar. & omnes, & fierant Oldrad. conf. 6. Cam Regi Francie in fin. Gemin. conf. 1. Dub. supra scripta, in princ. Anchar. conf. 2. 2. Pro decipline, in princ. Abb. conf. 1. Duo sunt, numer. 3. lib. 2. Calderin. conf. 4. 19. atq; 3. de Religio domib. Butt. conf. 3. in fin. numer. 4. Alex. conf. 2. Vñs codicille, numer. 1. 9. in fin. vers. Præterea quoniamque iure, lib. 1. & alibi passim Doctores. Et sancte quod spectat ad rem praesentem, aut bona fuerint Ecclesiæ, vel monasteriis donata simpliciter, & absque illa reservatione: & ita atque sunt donata Ecclesiæ, sunt immediatè acquitata Deo, ut notat Innocentius, in cap. Cum super, numer. 3. de cauf. posse, & propriet. & in cap. Verum, numer. 2. de for. compet. & proinde sublunt omnino modis dispositioni Romani Pontificis immediati illius Vicarii, & supremi administratoris, ac dispensoris bonorum Ecclesiæcorum, ut norans omnes in c. 1. de Summ. Trin. & fid. cathol. lib. 6. & in Cle. 1. eod. 1. & in Clem. Quia contingit, de relig. domib. ubi in specie Guliel. de Monte Lauduno, & post eum Card. numer. 4. dicunt Papam esse gubernatorem in solidum universalis Ecclesiæ, cuius caput est Ecclesia Romana, & ita eius est tamquam caput, ad membra singula alimenta transfundere, cap. Cuncta per mundum, & cap. Per principalem, 9. quæst. 3. Aut donata fuerint ea conditione, vel pacto adiecto, ut recedentibus fratribus, bona redeant ad donantem, velejus hæ-

dem: & hoc pactum non comprehendit casum quando recessunt de licentia, vel mandato Papæ, qui est Summus Princeps, d. cap. Cu. da permanendum, 9. quæst. 3. & ita in his terminis post Joann. de Deo tenet Joann. Andr. in cap. un. numer. 2. col. 3. ante medium, vers. Scientiam est de relig. domib. lib. 6. Adeo, quod in tali dispositione intelligitur excepta auctoritas Papæ, cap. Venerantes, de jure jurant, & pacem resolutivum intrat solum quando fratres recessunt factio suo, non autem quando recessunt factio, vel iussu Principis, l. Lucius Titius, ff. de evit. quemadmodum doctrina illa, quod relata ad certum usum non possit in aliud usum converti, quando restator expeditæ hoc prohibuit ad dimendo legatum in eventum contraventionis, juxta text. in §. Sanctissima, in Auth. de alienat. in Empyre. & tradita per Bero. cons. 49. lib. 2. procedit in inferioribus, non autem in Princeps, ut notabiliter declarat Bart. in tra. minorie. lib. 2. dist. 1. 3. numer. 1. 3. Petr. de Peruo in tract. de Canon. port. Episc. cap. 7. numer. 3. 8. & scripti plenius in cap. No quidem, de testam. Quodlibi donator ad cœsiliter prohibitionem exprimit, ne sua voluntas commutari posset etiam per Papam; hæc prohibitus uti repugnat summi Princeps potestatis tamquam turpis, & impossibilis habetur pro non adiecta. l. Si quis in ista infinitum, l. Quæ sub conditione, l. Conditiones quæ, & l. Conditiones contra ff. de Condit. infinit. 5. Impossibilis, infinit. de har. infinit. tenet Imol. in l. Si alienum, in princ. numer. 3. ff. ad. Angel. in l. Card. numer. 8. lib. 2. numer. 2. & ibi etiam Paul. de Castro in fin. C. de necess. serv. hæred. infinit. Et prohibitions illa non obstante posset Papa huiuscmodi voluntatem commutare etiam sine causa de potestate absoluta, licet non de rationabili potentia, ut fatur Bero. d. cons. 49. & ante eum Bald. in cons. 2. 2. Estum propositus, n. 1. & 2. lib. 1. Præterea in edito prohibitorio de p̄s voluntibus in aliun usum non commutatis lex Canonica præservat, & vult salvam esse Apollonica Seda diuñoratrem, ut in d. Clement. Quia contingit, de relig. domib. at nemo potest caveat, ne illa lex in suo testamento locū habeat. 1. Nemo potest, ff. de legat. 1. & in Authode Eccles. titul. 9. Si quis autem pro redempione, coll. 9. & cap. Tua nobis super. de testam. & ideo similius prohibitionum Romani Pontificis in Signatura Gratiae nullam rationem habet, conseruerunt: & hæc potestas supponitur tamquam indubitate etiam à Concilio Trident. cap. 6. off. 2.

Quemadmodum nec quisquam Catholicus autius unquam fuit ponere os in colum, & in questionem vocare potestatem Papæ reducendi ex iusta causa regulares Ecclesiæ ad statum secularem, & illarum bona in alios piosusus convertendi, a dico quo est causus in præallegato cap. Inter quartus, de relig. domib., & innumeris alteris posse exempla harum secularizationum, & valde insignis est illa, quam fecit Clemens VIII. de omnibus monasteriis Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Princeps Cataloniae, de qua in decif. Merlini 7. 7. & valde notandum est in casu illo Papam non applicasse illorum bona alii piosusibus, sed reservasse sibi, & Sedi Apostolica etiam illorum dominium, & proprietatem, ut dixi supra n. 37. cum tamen Innocentius nihil libi reservaverit, sed bona suppleretur Conventum integrè affigaverit locis piosis, ubi sit sunt Conventus cum summa ejus laude, & edificatione Christiana.

stianorum Principum, & populum; idque ad instar Concilii Tridentini *fol. 25. cap. 3.*, ibi, quod locis piis ibi existentibus eo ipso, quod exacte fuerint, alignentur. Nec solum singularia monasteria, sed etiam totam Religionem multoitis extinxerunt Romani Antichites, convertendo illius bona in alios pios usus, sicut Clemens V. in Cone. Viennensi extinxit ordinem Templariorum longe, latèque diffusum, & immensus fere opibus auctu, & universa illius bona Sedit Apostolicae ordinationis & dispositionis reservavit, ut in ejus Constitutione *3. incip. Ad providam, edita die 10. Maii, 1511. in Bullar. tom. 1. pag. 170.* Et nolto faculo Pius V. extinxit Ordinem Fratrum Humiliatorum, & illorum domos, conventus, loca, iupellecitem, bona, res, actiones & jura, corumque proprietatem, & dominium sui, & Sedit Apostolicae dispositionis specialiter & expressis reservavit, ut in ejus *Bulla 119. incipit. Quemadmodum, Bullar. tom. 2. pag. 328.* Urbanus VIII. extinxit Congregationem Monachorum S. Benedicti Farfani, vulgo Berettanti, & ego confici minutam Decreti extinctionis, cum eisem Secretarius S. Congregationis Episcoporum, & Regularium: item extinxit Religionem Fratrum SS Barnabæ, & Ambrosii, & bona per hujusmodi suppressionem vacantia reservavit administrationi, & dispositioni Ordinariorum, in quorum diecesi sunt sita, & cumunque fructus, ac redditus per eosdem Ordinarios applicari iustis in ius pios locorum, ubi conventus ipsi & bona existant, ut in litteris in forma Brevis sub die 2. Decembris 1643, & Innocentius X. reduxit ad statum Congregationis facultatis Religionem Scholarum piarum Marci Dei, & excusis Religionum S. Basilii Armenorum, nec non Clericorum Regularium Boni Iesu Ravenna, disponendo similiter de bonis utriusque, & novilim exinxit Congregationem de Scula Canonorum Regularium S. Georgii in Alga, supprimendo tria illius monasteria, quae supererant, & eorum bona applicando aliis pios usibus in sibi metet locis, ubi sita sunt monasteria. Quinimo Gregorius X. in Concilio Lugdunensi non unam tantum, sed omnes Religiones Ordinum Mendicantium (quatuor dumtaxat exceptis) etiam canonice erendas post Concilium generale, de quo in cap. final. de religio. domib. iupplifit, & extinxit, non alias ob causam, quam ob nimiam illarum divertitatem, & de bonis eorumdem dispositus per hoc formalia verba, videlicet: (*Nos enim ea dispositioni Sedit Apostolicae referamus in Terra Sancte subdividam, vel pauperum, vel alios pios usus per locoru. n Ordinarios, vel eos, quibus Sedes ipsa comi- misit, convertendam habetur in d. cap. un. 5. Confirmatos, de relig. dom. b. lib. 6.*) Quocirca dubitare in hoc de potestate Papa instar sacrilegii obtinet, *1.2. de crim. sacr. 8. Qui autem, post cap. sequi- fudente, 17. q. 3. Gemin. de conf. 6.3. in princ. & ni- hilominus ad abundantorem cautelam in Bulla* fuit apposta sequens clausula præservativa iurium, videlicet *salvo etiam iuribus, qua fundas oribus Conventuum super efforum, vel aliis ex sacrorum Can- num præscripto, vel ex privilegio Apostolico quomodo- bet competere.*

<sup>41</sup> Super est nunc, ut referamus historiam suppressionis parvorum Conventuum, quæ sic se habet.

<sup>42</sup> Cum fol. record Innocentius Papa X. anno 1649, mense Martii instituerit Congregationem non-

nullorum S.R.E. Cardinalium, & Romanæ Curie Praelatorum super statu, seu Reformatione Regularium primi omnium in ea deliberatum est de præfigendo in singulis monasteriis numero tot perfonarum quæ ex illorum redditibus absque penuria sustentari possent ad præscriptum Concilii Arelatensis cap. 8. relati in cap. 1. *supta de insitu.* Concilii Trident. *fol. 25. de Regul. cap. 3.*, & Constitutionum Apostolicarum. Arque ab omnibus unanimitate in eam sententiam itum est, ut fiat Constitution, quæ injungatur Superioribus tam generalibus, quam provincialibus, & localibus quacumque religionem, ut infra terminum quatuor mensibus transmittat statum temporalem in singulorum monasteriorum existentium intra fines Italiae & Insularum adjacentium ad Priorem generali sui religionis in urbe commorantem, qui una cum aliis religiosis ad hoc depucandis præfigat in unoquoque monasterio cum tantum numerum, qui ex redditibus propriis, vel consuetis eleemosynis congrue possit sustentari; easq; præfixiones infra alios quatuor mensibus cum statu cuiusque monasterii memorata Congregationi confignor; & interim interdicitur sicut Superioris, ne quenquam ad habitum, vel professionem admittant sub nullitate actus, & excommunicatione late & sententia, donec præfixiones ut supra exhibita fuerint, & ipsi licentiam recipienti Novitios ab eadem Congregatione obtineant. Itaque mandatum est mihi, ut minutam Constitutionis conficerem, qua postea per manus Cardinalium, ac Praelatorum delata, & à Sancte Cate. Sua approbata, tandem edita fuit in hunc, qui sequitur, tenorem.

#### INNOCENTIUS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam.*

<sup>43</sup> Inter cetera, quæ ad Regularem disciplinam instaurandam, conservandamque Sacra Sancta Tridentina Synodus salubriter decrevit, illud semper præcipuum, & maximu momenti habitum est, quo injungitur, ut in singulis monasteriis, & dominibus Regularibus is tantum numerus constituantur, & in posterum conservetur, qui vel redditus propria monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode possit sustentari. Quapropter ad eum usum inducendum fol. rec. Clemens VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. Romani Pontifices Praedecessores nostri varia Decreta ediderunt, sed quia nihilominus, sive ob injuriam temporum, sive ob Superiorum incuriam, sive alias ob causis, illius executione hucusque protracta est non sine gravi monasteriorum in spiritualibus, & temporalibus detrimento, ac Religionum iactura: Idecirco Nos nequaquam ignorantes quantum ex monasteriis pre institutis, & recte administratis in Ecclesia Dei splendoris, aequo utilitatis oriatur, quantumque dignitati, & commodo ecclæsialici Ordinis detrahatur multitudine Religiorum, que sine delectu supra vires monasteriorum in Religiones investitur, ac proinde arbitratu validè accepti Decretis, Religionibus proficuum fore, ut Decretum taliter debite executioni demandetur: De confilio nonnullorum Venerabilium Fratrum monasteriorum S.R.E. Cardinalium, ac Dilectorum filiorum Romanæ Curie Praelatorum, motu proprio,

ac ex certa scientia, & maruta deliberatione notis, acq. Apostolice potestatis plenitudine tenuore, præfencium præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis dilectis filiis Generalibus, Commissariis, Presidentibus, Provincialibus, Ministris, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Præfectis, restoribus, Guardianis, Correctoribus, Vicariis, & quisbuscumque alius Superioribus Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, ac Domorum quorumcumque Monachorum, ac Regularium viorum bona immobilia possidentum, vel non possidentium, cuiusquecumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam necessario, & in individuo exprimendi existentium intra fines Italie, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet, adhibitis duobus, vel tribus Regularibus sui Ordinis probatoribus, ac reliquis perioribus, bona immobilia, censu, redditus, ac proveniens omnes monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, ac Domorum Regularium hujusmodi (etiam si sit hospitia, vel ab alio monasterio dependens, sive illius Grancis, seu membra) sexannorum immediatæ præcedentia habitu ratione, ac detracto omni eo, quod grandines, sterilitates, reparations, & alii casus hujusmodi absorbere solent, consuetas item eleemosynas, & obventiones, Ité victus, vestitus, ac medicinalium, & alias quacumque tā ordinarias, quam extraordinarias expensas, aris quoque alieni, nec non Milliarum celebrandarum, Fabrica, Sacrificia, annuarium præstationum, contributionum, ac procurationum, aliave cuiusvis generis onera diligenter, ac majoriter recognoscant eaq; omnia in scripturam redigant, exprimentes illum monasteri titulum, seu denominationem, item capacitem, ac situationem, videlicet in quā die celi, & an intra menia civitatis, vel oppidi, anve in pagis, leu vilis, vel in silvis, aut nemoriis, & quantum distat a locis frequentibus, & populosis, item a quo tempore fundatum fuerit, quæ auctoritate, & cojus sumptibus. Anve, & à quo numerus Religiorum in eo fuerit alia præfixus, & quot ibi Religiosi, & servientes in præsenti degant, specificatis uniuscujusque nomine, cognomine, & patris; scripturamq; sic confectam propriam manu subscriptibant, medio iuramento attestantes veræ esse omnia, quæ in ea continentur, confiteoque sigillo oblignatam infra quartu menses a publicatione præsentium in hac Alma Urbe nostra ut infra facienda computandos transmittant, sen signent Procuratori Generali sui Ordinis in Urbe commoranti, qui una cum aliquibus gravioribus Religiosis a Congregatione prædictorum Cardinalium, & Praelatorum ad hoc specialiter deputandis, negotio matrū perpenso, ac computaris hujusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, atque oneribus, ut supra, detractis, sedulo examinent quod Religiosi homines, connumeratis etiam Latice, aliosq; necessarii servientibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, Collegio, & Domino Regulari, quamvis (ut premittitur, ut hoc ipsum, seu alterius monasterii membrum) iuxta proprii Initiatæ morem, victum, & venitum, ac medicinali, & in communis habentes commode valeant sustentari, omnibusq; diligenter disculsi, familia cuiusque Monasterii, Conventus, Collegii, ac Dominus Regularis hujusmodi in qualibet provincia vel Congregatione, certum

generales idem importantes mentio, seu quævis alia exprefio habenda, aut quævis alia exquita forma servanda eſſet, tenores hujusmodi ac illi de verbo ad verbū nihil penitus omisſo, & forma in illis tradita obſervata inferri forent. Prætentibus pro exprefis habentes, illis alias in ſuo robore permanentiſ, ſpecialiter, & exprefe deroga-  
mus ex eis que conterari quibuscumque. Volu-  
mus autem, quod praefentes literæ in valvis Ec-  
clieſe Lateranen, & Ballicæ Principis Apoſtolou-  
rum, nec in Cancellaria Apoſtolicæ, ac in Aice Campi Flora de eadem Urbe publicentur, & affi-  
gantur; quæ poſtquam licet affixæ, & publicate fuerint, omnes & lingulos, quos ille concernunt, perinde ardent & afficiant, ac ſi unicuique eorum nominatim, & personaliter intimare fuissent. Quodque earum in preſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu aliquius Notarii publici iub-  
ſcriptis, & ſigillo alicuius perſone in dignitate Ecclesiastica constituta munis, eadem proſciſ-  
tides in iudicio, & extra illud ubique admittetur; que ipiſ prefatis in buſſis adhibetur ut forent exhibi-  
tice, vel oſtenſe. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pſicatoris die 17.  
Decembris 1649. Pontificatus Noſtri Anno fe-  
rto.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo ſex-  
centiſimo quadraginto nono, Indictione ſecunda, Pon-  
tificatus autem in Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D.  
Innocentii Dayna providence capite X. anno ſexto, die  
terti 22. mensis Decembris iugratione litteræ affixa, &  
publicata fuerint ad valis in Eccleſie Lateranen, & Ba-  
llicæ Principis Apoſtolorum, nec non in Cancellaria Apo-  
ſtolicæ, ac in Aice Campi Flora per nos Ioannem Gar-  
ziani, & Jacobum Cornelium pſicatores Sandiſimi D.  
N. Papa Cyroſ.

45 Constitutione publicata ad faciliorem illius exequitionem confeſta eſt formula typis excuſa, &  
ad Superiores cuiusque monasterii tranſmitta, in  
qua itaſco idio nate tamquam in tabula monitra-  
tum eſt quo ordine, quæ ratione deſcribantur  
ſit cuique monasterii status.

Porro infra terminum octo menſium in pre-  
dicta Constitutione prefaxim regulares omnes cu-  
jusque Ordinis, Congregationis, Societatis, & In-  
ſtitutæ, qua decet, obedientia paruerunt: nam  
ex omnibus Italie provinciis, & adjacentium In-  
ſularum exhibete fuerint ſcriptura originales  
ſtatutum ſingulorum monasteriorum continentis,  
ſubſcripta, ac iuramento firmea, una cum ſu-  
mario rediuituſ & expenſarum, ac prefatione fa-  
miliare, uti uigilū monasterii.

Poſt hanc Prefationem Congregationis deſignati  
ponentes religionem plene reſtulerunt illarum ſtatutum in genere, & ſingulorum monasteriorum in ſpecie, juxta methodum per manus delatam.

Cum vero ex hujusmodi relationibus compre-  
hendatur, utrasque religiones conſtat ex quampli-  
tationis Conventibus, in quibus ob rediuitum tenui-  
tate in aſta non alebantur, nec ali poterant tot re-  
ligiosi, quod fulcere ut ad obſervantiam regularis  
discipline, idcirco in pluribus ſessionibus maturè  
deliberatum fuit de illorum ſuppreſſione, acre-  
dita ex applicatione: & facta Sandiſimo relatione  
Sancitas tua probavit Congregationis ſen-  
tentiā, meque ipius Congregationis Secretariū  
deputavit die 22. Julii 1652. Itaque pro rei  
magnitudine tranſmitti per manus Cardinalum

ac Prelatorum diſtinctorum vicibus dubia ſupra ſex-  
aginta, que in Congregationibus habitis de man-  
dato Sandiſimi per ſingulas hebdomadas fuerint  
accurate diſculpa, ex quorum refolutionibus con-  
flata eſt materia pro compilanda Bulla deſuper e-  
denda. Et cum nobis ſimiliter demandata eſt  
provincia confiſcandi illius minutā, tandem Deo  
adjuvante opus pertinet, eamque detulimus ad  
Sanctissimum, qui illam propriis manibus exce-  
pit, dixitque ſe velle attentius eam confidere, &  
poſt patios dies in audience invenit Sanctissimum  
ſuam habere in manibus ipsam minutam, quam  
me preſente clara, & intelligibili voce de verbo  
ad verbum perlegit, ac per ſingulas partes expen-  
dit, & aliquibus mira prudētia ac providentia  
adnotat, eam mihi reficit, & mihi omnius per  
manus iterum defert, & in plena Congregatione  
diſcūti & examinari mandavit. Quare minutā fuit  
in Congregatione cunctis audientibus perlecta,  
& unanimi conſentiuſ approbata, moxque San-  
ctissima fuit iuſtuſa fuit Bulla, ac ſub plumbo  
expedita, & in Archivo Arcis S. Angelii repoli-  
ta statim typis excuſa, & locis publicis affixa,  
cujs tenor talis eſt.

### INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

47 Restaurandæ regularis disciplinæ opus multis la-  
boribus ac vigiliis à Romania Pontificibus pre-  
deceſſoribus noſtris iampridem allumptum, nobis  
in dies magis magisque cogitantibus cur ad opta-  
tum finem huic perdici non potuerit, torque  
ſalubertima decretæ, & ordinationes feræ in irri-  
tum cediderint: Illa tandem precepit ſe oblitus  
originis cauſa, quod religiones quamplures ex  
parvis Conventibus ac domibus magna ex parte  
conflantur, in quibus live ob rediuitum, & eleme-  
narynarum tenuerunt, live ob aeris intemperiem,  
live aliam ob cauſam non aluent, nec ali poſtent  
tot religiosi, quotad peragendum ritus divinum  
cultum & regularia munia ex ejuſque Ordinis  
prefcripto ſunt neceſſarii: etenim in tam exiguo  
numero ibi degentes nec divinum officium no-  
ſuum pariter, & diurnum in Choro celeberrare,  
nec oratione mentali, ac ſpiritualibus collationi-  
bus & exercitiis, ac ſtudis in communī vacare,  
nec silentium, clauſuram, vitam communem, &  
ceterasque institutiones ſervare poſſunt, que ad tria  
principia vota ordinantur, & fine quibus conſi-  
ſtente vix poſſunt regularis vita, bæſes & funda-  
menta. Quamobrem otio immersi nullum religio-  
ſa vita ſpecimen praefereunt: ſolū incedunt per  
Urbes & loca, cum ſe ularibus vagantur, ac mun-  
dani negotiis ſe involvunt. Indeq; ſit, ut ibi col-  
locari remant religiosi probate vita, ac discipli-  
na, & Superiores cogantur illis familiam conſtruere  
ex attributi vita laxioris, qui loci licentia  
peiores ſunt: & quando ad cenobia, ſeu mona-  
ſteria regularis obſervantia revocantur, à clau-  
ſtro, quali à ſqualore carceris abhorrentes vix ad-  
duci poſſunt in communem ſervant in moribus  
disciplinam, atque aliorum institutionibus ſe con-  
formant, qui potius carceres avertunt, vel certe  
reddunt ſuo exemplo ſegniores: unde relaxatio-  
nes derivantur in Ordines, & ſenſum in aſſuetuſ in  
ipia.

ipſarum religionum dedecus & ruinam. Præterea  
(quod dolentes referimus) ad hujusmodi Con-  
ventus, præfertim in locis infrequentibus, & ſolitariis, tamquam ad asylum facinorō homines, &  
Cariz contumaces, vel proscripti in dies conſu-  
giunt, ibique loci immunitate freti turpiter &  
difolite viventes; atque inde in tempore exequen-  
tes graviora perpetrant flagitia cum maximo po-  
puli ſcandalō. Cumque Conventus, ſive loca pa-  
ra hujusmodi in effigiatā qualis excreverent mul-  
titudinem, hinc licet omnibus intelligere quæ-  
cumque reformationis remedia caſa fore & irri-  
ta, quādū non fuerint à religionibus abſicſa. Quia  
poſteſ enim ipſe eſſe corpus languidum &  
infirum ad ſalutem reducendi, ſi magna illius  
pars eſt curationis incapax; quin potius reliquam  
partem incit, atque contaminat? Hęc quippe  
ſunt zizania, que cum jam creverint ulſ; ad mel-  
fem, ſunt in ſaliculosis aliiganda, & à religionum  
triticō ſeparanda. Hęc ſunt vulpes parvula, que  
demoliuntur vineas. Hoc eſt fermentum, quod co-  
tam maſſam corrumpit. Que omnia, atque alia  
plura pro pastorali noſtra ſollicitudine, diu, mul-  
tumque animo revalentes, ut faciat religiones in  
multitudine latius incremento fecundantur per  
univerſam Eccleſiam diffuſa à veſtribus, & ſpinis  
emundare uberes germinant fructus: noſ etiam  
ab ipiſmet religionum Superioribus reformatio-  
nem zelantibus crebri precibus interpellati, &  
frequentibus populum querimoniis permoti,  
ſalutare remedium adhibeunt conſulta ordinatio-  
ne decretimus. Itaque de voto Congregationis  
aliqñrum venerabilium Fratrum noſtrorum S.  
R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Roma-  
na Curia Praelatorum ſuper ſtatiū regularium à  
Noſis deputat̄, cui hoc negotium fedulō, ac ma-  
ture examinandū commiſſum. Motu proprio,  
certa scientia, ac matura deliberatione noſtris,  
deque Apoſtolicā potestate plenitudine omnes  
& lingulos Conventus quorūcunque Monachorum  
ac regularium virorum bona immobilia  
poſſidentium, vel non poſſidentium, cujusque  
Ordinis mendicantium, vel non mendicantium,  
Congregationis, Societatis, & cuiusvis alterius  
inſituti, etiam Societatis Iesu, etiam illis ani-  
marum cura perfonarum ſecularium incumbat,  
ſintve hospitia, vel grancia, ſeu alieriſ mona-  
ſterii membra, exiſtentes intra fines Italie, & In-  
ſularum adjacentium in litteris ab eadem Con-  
gregatione propediem expediens nominatim  
exprimendis, in quibus ob parvum numerum re-  
ligionum regularis disciplina juxta peculiaria  
cujusque Ordinis inſtituta ſervari non poſſet, au-  
toritate Apoſtolicā tenore pia ſenſum perpetuū  
extinguiſſimus, ſupprimimus & abolemus, una cum  
omnibus eorum dignitatibus, officiis, ac minife-  
riis, illoſque ab omni proprietate, dominio, ſupe-  
rioritate, juridictione, ac alio quoque jure  
regularium extinimus, & totaliter liberamus, o-  
meneque convenientialitatem, titulum, ſententiā,  
ac denominatiōnem regularem in eis penitus  
excipientes, illos ad ſtatutum ſecularium reduci-  
mus. Reſervata tamen ipiſ Congregationi facul-  
tate conservandi religionis aliquem ex Con-  
ventibus exprefis in memoratis litteris, ſi hoc ex  
aliqua rationabili cauſa expedire judicaverit: ſal-  
vis etiam iuriis, que fundatoribus Conventus  
ſic ſuppreſſorum, vel aliis ex facrorum Canonum  
prefcripto, vel ex privilegio Apoſtolicō quomo-  
dolibet competunt. Quocirca dilecta filia quo-  
rumcumque regularium Superioribus tam Gene-  
ralibus, quam Provincialibus & localibus, quo-  
cumque nomine ac titulo nuncupentur, in virtute  
ſanctæ obedientia diſtriſtē precepimus, & man-  
damus, ut ſinguli, ad quos pertinet, in fratres  
infra timum ſex meſium inchoandum, à dii preſen-  
tationis litterarum à prädicta Congregatione, ut  
premitur, expediendayum facienda in Roma-  
na Curia Procuratori generali cujusque Ordinis,  
vel Congregationis, aut Societatis dimittant rea-  
liter, & cum effectu coram Ordinariis locorum ſub  
testimoniō publico eidem Congregationi pereſ-  
dem Superioribus regulares exhibendo poſſeſſione  
corporalem conuentum in eisdem litteris ex-  
preſſorum; & reservata eis facultate ſecum ap-  
portandi prophanam tantum, non autem ſacram, lu-  
pelleſtē, religioſos inde amoveant, atque in a-  
liis monasteriis ejusdem Ordinis vel Congregationis,  
aut Societatis collocent: alioquin peinas  
privatioſis vocis aſtrivæ & paſſivæ, nec non digni-  
tatum & officiorum, que tunc tempos obſer-  
bunt, & perpeſe inhabilitati ab illa vel alia ma-  
poterum obſeruenda ipo facto abſue alia decla-  
ratione incurant. Eoque termino elapſo, non li-  
ceat regularibus in Eccleſia dictorum Conven-  
tuum Miffas, & divina officia celeberrare, confeſſio-  
nes sacramentalis audire, vel alia sacramenta ad-  
ministrare, ac funerale ſacredole exercere,  
aut verbum Dei prädicare, vel mortuos ſepelire;  
quod ſi ſecus egerint, eo ipſo Eccleſia remaneant  
ſuppoſita ecclieſtico interdicto. Et nihil omnus  
locorum Ordinarii, ubi per litteras ipius Congre-  
gationis fuerint requiri, religioſos rebelleſ, &  
refractorioſ to prädictis Conventibus ejiciant, etiā  
invocati, ſi opes fuerint, brachii ſacularis auxilio:  
& exinde Eccleſiarum, domotum, bonorumque  
omnium ad Conventus ſic ſuppreſſos quomodo  
liber per inſtitutum regiuen, curam, cultodiam, &  
adminiſtrationem ſuſcipiant, curentque, ut ex eo-  
rum redditibus & proventibus univerſis in primis,  
& ante omnia implentur onera Miffatum tam  
hucuſque non celebratarum, quam in posterum  
celebrandarum, & alia quæcumque ex lege funda-  
tionis, aut largitione fideliū, vel alia quo-  
modolibet eis in cumbencia, quibus nullo modo  
derogare intendimus, & cura animarum, ſi qua illi  
ſimileat per prebiteros ſecularium idoneos  
ab ipius Ordinariis approbandos laudabiliter ex-  
erceat, Eccleſiaque debito non fraudentur  
ſervitio. Ceteri intendentes de prädictis bonis,  
quocquod ſuperferint, oneribus ut ſupra dera-  
bit, ſalubriter providerent, earumdem tenore prä-  
ſentium boni hujusmodi applicamus, & applica-  
ta eſſe decenimus, & declaramus pia ſubibis in  
evidenſi locis, ubi ſit Conventus, ille non  
indigenibus, in aliis locis ejusdem dicteſſis  
juxta deligationem & partitionem, quam ea-  
dem Congregatio ſingulorum Epifcoporum cum  
ſuis Capitulis, ſententiā prius addita, & plena ro-  
tuſ negotii relatione habita, de mandato noſtro  
faciet in ſuis litteris ad eosdem Epifcopos ſcribi-  
dis, & in Cancellaria Epifcopali regiſtrandis ad  
perpetuam rei memoriam. Verum quia parum eſt  
mala präcidere, niſi etiam malorum cauſa, &  
radix evellatur, Conſtitutiones fel. recor. Bonifacij  
VIII. quæ incipit, Cam ex eo, nec non Clementis

VIII. Incipit. *Quoniam ad institutum, aliorumque Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum super erectione novorum Conventuum editas earundem tenores innovantes, illisque addentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregacionis, Societatis, & cuiusvis alterius instituti, etiam Societas Jesu in aliqua civitate, castro, villa, seu loco ad habitandum domos, vel loca, quacumque de novo recipere, seu monasteria, conventus, vel collegia incipere, vel fundare presumat abfique Sedis Apostolicae licentia speciali plenaria, & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem in scriptis, & gratis concedenda previa examinatione Congregationis negotiorum Episcoporum ac regularium præpositi: si tunc egerint, eo ipso incurant poena privationis, & inhabilitatis ut supra inflatis: & nihilominus receptiones, fundationes & erectiones sive ipso iure nulla, & invalides; domos, ac loca ipsa, & personae in eis degentes omnimoda iurisdictioni, visitationi, correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus subiectantur. Intendimus autem in præmissis etiam ultra Italiam, & insulas adjacentes, prout expedire videbimus, providere. Decernentes præsentes litteras erit ex eo, quod superiores regulares, & ceteri quicunque in præmissis intercesser habentes, seu habere quomodo libet præcedentes illis non conferentes, nec ad ea vocati, & audiuntur, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullaricis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostra, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexiguo, at substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adempta non fuerint, aut ex quo cumque alio capite a iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resulant, seu etiam enormis, enormissime & totalis lehonis, aut quo cumque alio colore etiam in corpore iuriis clauso, seu occasione, vel causa, quantumvis iusta, rationabilis & privilegiata etiam sita, que ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimentia forer, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & alii superiori expressis, seu relatis nihil ullibi apparet, seu aliud probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controversiam revocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas restitucionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, facti, gratia, vel iustitia remedium impetrari, seu quomodo libet concessi & impretra quempiam uti, seu fe juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similibus, vel diffinis gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciens comprehendendi, sed semper illis exceptas, perpetuoque validas, firmas & efficaces existere, & fore, suos plenarios & integros effectus fortiri & obtinere, ac per omnes & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabili in futurum inviolabiliter observari: sicut, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quacumque judices ordinarios & delegatos, etiam cauferum Sacri Palarii Apostolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales, etiam de latere Lega-*

tos & Nuncios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes nunc & pro tempore existentes in qua vis causa & instantia, sublata eis & eorum cilibus quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & dissimili debere irritum quoque, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter congerit attentari. Non obstantibus quatenus opus sit, regulanofra non de tollendo iure quælibet, & aliisque Cancellariae Apostolicae regulis, cateris Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis etiam in Concilio generalibus editis, etiam specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cuijlibet alterius instituti, etiam Societas Jesu, & Monasteriorum, Conventionum, Collegiorum, dormitorum, ac locorum regularium quorumcumque, nec non illorum rotatoris statutis vel conuentuinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in Mari magno, seu Bulle aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciis & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quoniamvis aliorum Principum, & personarum quacumque ecclesiastica, vel facultari dignitate fulgentium, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodo libet, etiam per viam communicationis, seu extentionis concessis, & iteratis vicibus approbatib & innovatis. Quibus omnibus & singulis quoad ea, que præsentibus quomodo libet adveruantur, etiam pro illorum sufficien derogatione de illis, eorumque otis tenoribus & formis specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut quavis exquisita forma servanda esset, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & form in illistrata observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robre permanens, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus specialiter & expressè derogamus, cateris quo contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes litteræ in Valvis Ecclesia Lateranensis & Basilicae Principis Apostolorum, nec non Cancelleria Apostolica, ac in Aie Campi Flora, eadem Urbe publicentur & affigantur, que postquam affixa & publicata fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arcent & afficiant, ac si unicuique eorum nominatum & personaliter intima fuisse. Quodque eamdem præsentium transtulimus etiam impressis manus aliqui Notarii publici subscriptis, & sigillo aliqui personæ in dignitate ecclesiastica constituta munera eadē prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberentur si forent exhibita, vel ostenta. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ ordinationis, extinctionis, suppressionis, abolitionis, exemptionis, liberationis, reductionis,

uit

nisi præceptum mandati, intentionis, reservationis, applicationis, declarationis, prohibitiōnis, derogationis, ac voluntatis infringere, vel si auferremerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotenti Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum, Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Domini millefeso sextcentimo quinquagesimo secundo, dibus Octobris, Pontificatus Nostræ Annæ nono.

H. Datarius.

Registrata in Secretaria Brevium.  
Vilade Curia N. Humbertus,  
G. Gualterius.  
G. Baily.

Anno à Nativitate Domini Nostræ Iesu Christi 1652.  
Indictione quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia PP. X. anno ejus nono, die vero 22. Mensis Octobris supradicta Constitutione affixa, & publicata fuit in Ecclesia Lateranen. ac Basilica Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancelleria Apostolica valva, ac in Aie Campi Flora, & aliis locis solitis, & consueta urba per me Hieronymum Mascaliam Sanctiss. D. N. P. Car.

Pro Mag. Curf. Laurentius Barbigonus.

¶ His absolutus, quoniam in supra dicta Bulla, §. Iudicium autem. Papa declarat sile sic intentionis etiam ultra Italiam opportune providere: data fuit notitia rei geste Nunciis Apostolicis etiam ultra Montes: & Nuncio Coloniensi re scriptis Germaniam in hoc invideat felicitati Italiæ & Episcopi Poloniæ supplerant pro extensione Bullæ pro illas dioceses, ut in litteris Archiepiscopi Gnevensis Regni Poloniae Primatis ad Innocentium X. infra dicti tenoris, videlicet.

(Sanctissime, ac Beatisime Pater D. D. Clementissime, Post oculis Beatissimorum Sanctissimæ Valtræ pedum. Et sedium externum a listrix Sapientia, & digitus Dei adsum planè Sanctissimæ Valtræ, quando Constitutionem de parvis Regularium Conventionibus cor sacerdotum molimine in Ecclesia Dei agitatem Sanctissimæ Valtræ non reficiat modo, aut condebat rectius, sed in rem effectumq; summa duratura jam semper deduxit. Item transmisum mandato Sanctissimæ Valtræ ad me exemplum singulari excepti laetitia, gretulorum temporibus, ac fortunato omnino Sanctissimæ Valtræ regimini non concessam hanc retroactis faciliatatem, quod ad intimum recte constituta domus Dei radicem Coelestis Paterfamilias beatam Sanctissimæ Valtræ manum feliciter, efficaciterq; ad moverit. Neque enim in solis religionum familiis, earumque disciplinam, sed prava exemplorum contagione, malorumq; connectione causarum in aliqua Ecclesia membra e Conventionis hisce exiguis maxima late manare videbamus in commoda ita nec religiosi ipsi, qui Conventus hosce tuebantur, iniciari si ad pote faterentur. Perlunga protinus, certumq; habeat Sanctissimæ Valtræ universam Regni hujus Ecclesiastam obviis ulnis laudabilem hanc Constitutionem excepturam, cujus quanto pridem desiderio universi tenuaremus,

Prosp. Fagnan. in 2. part. 3. lib. Decretal.

ex Constitutionibus provinciæ hujus Synodalibus, & ex Illiuiti Mattheo Joanne Judicki Canonicis Gnevensis istuc commemorante poterit cognoscere Sanctissimæ Valtræ, cui ulterior, & quam maximè diuturnam in Ecclesia Dei gubernanda felicitatem à Patre luminum, omnique bonifonte, cū iterato pedum Sanctissimæ Valtræ osculo humiliè exopro & appreco. Dat Lubavæ die 5. Mensis Januarii 1653. Sanctissimæ Valtræ indigne Servus Andreas de Lefine Episcopus Culmen. & Pot. Men. Cancellerius R. Archiepiscop. Gneuen.)

Verum Sanctitas Sua sarcus duxit tantisper perfidere, donec negotium super illi mis in Italia esset omnino absolum & consummatum.

Itaque biduo post publicationem Bullæ Sacra Congregatio dedit litteras ad singulos Priores Generales Religionis in Curia existentes, in quibus nominatum exprefit parvos Conventus in illa religione suppeditos, ut sic facilius illis verbis Bullæ, in litteris ab eadem Congregatione expedient nominatum exprimendos. Et subinde die 10. Decembris ejusdem anni 1652. scripsi litteras circulares cum insertione Bullæ imprimis ad unumquemque Episcopum in Italia, & Insulis adjacentibus, in quibus primum exprefit icidem nomina Conventuum, suppeditorum in illa diocesi, ac deinde ipsi Episcopo conumisit, ut una cum Capitulo sua Cathedrali ad praesepiu Bullæ referat, quibus plus usibus existimatet etiò applicanda bona cupique Conventus suppediti, pricipiumpque rationem haberet tenuitatis parochialium, deputationis Coadjutorum pro cura animalium & Capellanorum pro Missis celebrandis, item manutencionis seminarii, hospitalium, monasteriorum, Monialium, & consimilium.

Has autem relationes ab Episcopo, & Capitulo subscripas, oblignaratq; ad Sacram Congregationem transmissas, atq; ubi oportuit emendatas, Sanctissimæ Sua ad se relatas approbavit, execrutione mandari, & in Cancelleria Episcopali registrari præcepit. moxq; Decreta hæc applicationis ad partitionis bonorum una cum litteris ipsius Congregationis ad singulos Episcopos transmissa fuerunt; & sic pariter satisfactum fuit verbis Bullæ, ibi: (Bona hujusmodi applicamus, & applicara sile decernimus, & declaramus plus usibus in eisdem locis, ubi sibi sunt Conventus, itaq; non indigentibus, in aliis locis ejusdem diocesis juxta delineationem & partitionem, quam eadem Congregatio singulorum Episcoporum cum suis Capitulis sententia prius auditæ, & plenè totius negotiis relatione habita de mandato nostro faciet in suis litteris ad eosdem Episcopos scribendis, &c.)

Quia vero in dicta Bulla, infra dicta, comprehenduntur non modo parvi Conventus, sed etiam grancia, seu alterius monasterii membra, lice curam animalium habeant annexam: idcirco de mandato Sanctissimæ Valtræ date fuerunt litteræ tum ad Priores generales cuiusque Religionis in Curia existentes, tum ad singulos Episcopos in Italia, & Insulis adjacentibus, in quibus nominatum exprimitur hujusmodi grancia, & membra, & mandatus Episcopis, ut Regulares Sacerdotes in eis habitat non permittant, sed pro custodia, & administratione bonorum deficiensibus personis secularibus idoneis, finit Regulares uti opera suorum Conventorum, cum hoc tamen, ut in eaurum Capellis Missa juxta solitum celebretur factem

N. dia

diebus festis per Sacerdotes seculares, aut etiam per Regulares, qui tamen in eis non permaneant.

67 In Curatis vero, seu Parochialibus non permittant curam animatum exerceri per Regulares, sed ad id deputent Sacerdotes seculares idoneos in Vicarios perpetuos, vel amovibiles a Superioribus Regularibus nominandos cum congrua fructuum portione ipsius Episcopi arbitrio assignanda ad prescriptum S Concilii Tridentini cap. 7, cff. 7, & reliqua ipsarum granciarum, seu parochialium bona monasteris principalibus dimittant. Et in hac dispositione granciarum, & parochialium Sanctitas Sua declaravit comprehendendi etiam Canonicos Regulares Lateranenses, quos noluit extra clausura degere pro cura animarum exercendi, non obstante dispositione cap. Quod Dei timorem, de f. Monach. in hanc sententiam scriptae fuerunt litterae ad complures Episcopos.

68 Quoniam vero in eadem Bulla Inflauranda, sub gravibus peenis praecipit Superioribus Regularibus, ut infra terminum sex mensum inchoandum a die presentationis litterarum suppressionis Conventuum dimittant illorum professionem corporalem realiter, & cum effectu coram Ordinariis locorum sub testimonio publico, & nihilominus referatur ipsi Congregationi facultas conservandi Religionibus aliquatenus ex Conventibus expressis in memorialis litteris, si hoc ex aliqua rationabili causa expedire judicaverit: propterea infra terminum sic praefixum Superiores Religio- num ferè omnium supplicarunt. Sanctissimo pro conservatione, seu restituitione plurimorum Conventuum, & ex illis Sanctitas Sua multos reduxit ad primarium statum regularem, ac Religionibus restituit, quos scilicet ex publicis documentis, & Episcoporum attestacionibus cognovit habere sufficientes redditus pro alendis Religionis in numero competenti, & populus eis valde utilies in Missis, & Divinis officiis celebrandis, & Confectionibus audiendis, præsertim in locis, ubi non sunt alii Regularium Conventus.

Præterea cum Superiores Regulares de jure facultatem non habeant uniendo Ecclesias etiam sibi pleno iure subiectas, ut post Innocen. & Abb. Antiq. in cap. Sicut unire, de excess. Prelat. nota glof. in Clem. Ne in agro. S. Ad hec in ver. Ordinarios, de f. Monach. Quando accidit casus, ut in eadem civitate, vel oppido suppressi fuerint duo parvi coventus ejusdem religionis, ad supplicationem Regularium, Sanctitas Sua univit minorem Conventum cum omnibus ejus bonis Conventum majori: sed tamen iussi vendi domum conventus unius infra terminum sex mensum, & pretium inde redactum invertit in tot bonis libellis ad utilitatem alterius conventus, ut sic Fratribus admittetur occasio redendum ad conventionem minorem, ibique minus religiosè vivendi cum dedecore sui Ordinis.

Rursum quia interdum accidit casus, ut una Religio, puta S. Dominici haberet coventum in aliquo loco, in quo alia Religio, puta S. Augustini habebat Coventum supplex, & e converso Religio S. Augustini haberet Coventum in alio loco, in quo Religio S. Dominici similiter habebat coventum supplex: oblati fuit Superioribus facultas faciendi inter se reciprocas uniones, & permutationes dictorum coventuum, ita ut Coventus S. Augustini supplex uniretur con-

ventus Domini ejusdem loci, & vice versa co- ventus supplex S. Dominici uniretur coventui S. Augustini alterius loci. Sed tamen siue ob angui- siasm temporis, siue ob diversitatem diocesis, & provinciarum, siue ob raritatem dictorum ca- sum, siue ob inaequalitatem permutationum, vel aliam ob causam, Religiones in his non conven- ventur, & negotium meyanur.

70 Porro ut in illis coventibus, qui in supra reli- gionibus fuerint restituti, & in aliis non habenti- bus numerum sex Religiorum vivatur cum debita obseruancia, Sanctitas Sua subjecit illos omni modo iurisdictioni Ordinarii loci tranquillo Se- dis Apostolicæ delegati, ut in Decreto, cuius te- nor est infra scriptus, videlicet.

(U) in parvius Regularium virorum coventi- bus a Sanctiss. D. N. Innocentio PP. X. in Consti- tutione, qua incipit Inflauranda, primum sup- pressis, ac deinde ad ipsius Constitutionis limites oblationabiles causas in pristinum statum regu- larem restituti, & ipsi Religionibus denouo con- cessis, p[er]t[inent]e, & religiose vivatur: ac regularia in- stituta quo exactius fieri potest obseruantur: Sancti- tas Sua ex sententia sacra Congregationis super statu Regularium omnes, & singulos coventus hujusmodi, ut prefatur, restituti, & concessi in litteris ab eadem S. Congregatione expedi- diendis nominatis exprimendis, ac per eas tam regulares, quam facultates in eis degentes visita- tionis, correctionis, & omnimodo iurisdictioni Or- dinarii loci, tamquam super hoc a Sede Apostoli- ca delegati, præsens Decreti tenore plene in o- mnibus subjecit, ac subiectos esse declaravit, do- nec ipsorum redditus eosque ad eam fuerint, ut in eis commode sustentari valent, & cum effectu su- stententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum praescriptum, idq; eidem S. Congre- gationis legitimè confiteretur, & ejus Decretu in singulis contingentibus causibus declaratum fuerit

72 & non aliter. Inter ea vero voluit Sanctitas Sua, ut in eorum singulis ali debeat, & ut ipsa aliantur sex scilicet Religiosi probata vita, ex quibus qua- tuor ad minus h[ab]ent Sacerdotes maturæ aetatis, alio-quin gratia restituitionis & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeat eam omnia, quae in aliis coventibus itidem suppressis per eamdem Con- stitutionem ipsi demandantur, perinde ac si gratia prædicta restituitionis, & concessionis non em- nasset. Insuper quia multi iuri coventus, in quibus eti[am] praefixa fuerit numerus Religiorum suffi- ciens ad obseruantiam Regularis disciplinae, & idcirco in suppressione antedicta non fuerint com- prehensi; nihilominus siue ob redditum diminu- tionem, siue ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, siue ob carentiam Religiorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliena ob causam praeditus numerus cum effectu in eis non alitur cum gravi detrimento regularis obser- vantiae: Sanctitas Sua intendens huic male reme- dium adhibere, omnes & singulos ejusmodi con- ventus, ut prefatur, non suppressos, cuiuscumque sunt Ordinarii tam Medicantum, quam non Men- dicantium Congregationis, & Instituci, etiam So- cietas Iesu, aut Francisc, seu membra alterius monasterii, existentes intra fines Italie, & Insula- rum adjacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem fe- Reli-

Religiosi itidem probata vita, quorum ad minus quatuor ut supra sint Sacerdotes maturæ aetatis, ei- dem visitationi, correctioni, & omnimodo iuris- dictioni Ordinarii loci limititer ut Sedi Apostoli- ca delegati plenè in omnibus praesens parcer decreta vigore subiectos esse statut, decrevit, &

74 declaravit. Ceterum quod Conventus cum pau- ciiori numero, quam duodecim Religiorum, cre- dos post diem 21. Junii 1624, & illorum subje- ctionem loci Ordinario, Sanctitas Sua voluit in suo robre permanere Decretum san. mem. Urbani VIII. iussu editum, cui per premilla aliquatenus derogare non intendit. Et prædicta omnia, & singula in praesenti Decreto statuta, & ordinata voluit plenarium locuti effectum, & executioni mandari, non obstantibus omnibus & singulis, que in antedicta Constitutione voluit non obsta- re, ceterisque contraria quibuscumque. Datum Rome die 10. Februario 1654.

B. Card. Spada.  
Loco † Sigilli.

Prosper Fagnan S. Congr. Secr.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1654, indicio- ne septima, Pontificatus suum Sanctissimi in Obri- o Patrie, & D. N. D. Innocentii Divina providentia Papa X. anno eius decimo, de verò 21. mensis Februario, su- pradicatum Decretum afflauit & publicatum fuit in Eccl[esi]a Lateranen[se], ac Basilia Principia Apostolorum de Urbe, nec non Cancelleria Apostolica valuit, ac in Aci- capi Flora, & in aliis locis fuit, & consuet Urtua per me Petrum Paulum fiduciam Ap[osto]li Cor[por]em.

Pro D. Magistro Cursori Josepho  
Marcherato Cur[tor]i.

Et hoc Decretum illic transmissum fuit ad quemlibet Episcopum unà cum litteris Congre- gationis continentibus nomina Conventuum re- ligionis siue restitutorum in illa Diocesi: an autem juridicatio, ut prefatur Ordinario attributa in praefecto Decreto ut privativa ad superiores re- gularis, vel cumulativa, scripsi plenè in c. Quanto, sup. de offic. Ordinar. ubi etiam posui plures alias de- clarationes ipsius Decreti. 42.

75 Ad extremum cum in Constitutione, Inter ce- tera, de qua sup. num. 24 interdictum in superioribus regulibus cuiusque Ordinis quemquam ad habitum vel professionem adiungant sine li- cencia Sacra Congregatione post praefixionem familie in singulis Conventibus, ut prefatur fa- tam, eadem Congregatio dedit licentiam plenaria- que Religionibus recipiendi novitios intra numerum eis praefixum: sed postea die 22. Julii 1652, Sanctitas Sua de cetero supercedere mandavit in hujusmodi licentias concedendis. Verumtamen die 3. Julii 1654, in audience obtineri, ut tandem aperiret ostium jam diuinum Religionibus clausum; arque ita Sanctitas Sua benigna annuit, ut expedi- rentur licentiae pro multis Religionibus recipien- di in Conventibus à Sacra Congregatione de con- sensu superiorum regularium designatis certum numerum novitios, cum aliquibus tamen condi- tionibus seu ordinationibus. Et primi omnium hanc licentiam recepserunt Clerici regulares Thea- tum, moxque Fratres Minores, tandem Observan- tia, quam de Reformati S. Francisci, ac deinde Mi-

nores Conventuales, cujus formulam habet hic subiectam.

Ad propagandam in Ordine Fratrum Minorum Conventionalium S. Francisci regulem observan- tiam, quo non vi torum institutione & educationi præcipue innititur, Sacra Congregatio à Sanctissimo D. N. deputata super statu regularium de manu dato Sanctissi Sua in linguis Italie Provinciis ejusdem Ordinis praesentis Decreti vigore desig- nat, ac deputa infra scriptos Conventus pro novitiatis & professoris, videlicet in Provincia Roma- na pro novitiatu Conventum S. Francisci Vi- terbiæ, & pro professoris Conventus SS. Apolo- gorum Urbis Romæ, S. Francisci Ferentini, & S. Ca- tori Cavis: in Provincia S. Francisci pro novitiatu Conventum Affili, & pro professoris Conve- tus S. Francisci Perulæ, S. Fortunati Tuderii, & S. Francisci Amelioris Provincia Bononiensi pro novitiatu Conventum S. Francisci Bononiæ, & pro professoris eundem Conventum S. Francisci, nec non Conventus S. Francisci Ferrarie, & S. Francisci Mirabellæ: in Provincia Marchie pro novitiatu Conventum S. Francisci Firmi, & pro professoris Conventus S. Francisci Urbini, & S. Francisci Fa- fini: in Provincia S. Nicolai pro Novitiatu Conventum S. Francisci Civitatis Liciæ, & pro professoris eundem Conventum S. Laurentii nec non Conventus S. Francisci Averuli, & S. Francisci Mirabellæ: in Provincia Marchie pro novitiatu Conventum S. Francisci Firmi, & pro professoris Conventus S. Francisci Urbini, & S. Francisci Fa- fini: in Provincia Mediolanensi pro novitiatu Conventum S. Francisci Mediaolanæ, & pro professoris eundem Conventum S. Francisci nec no- Conventus S. Francisci Saroni, & S. Francisci Gal- lerati: in Provincia Herreni pro novitiatu Con- ventum S. Crucis Florentiæ, & pro professoris Conventus S. Francisci Pifarium, S. Francisci Sena- ri, & S. Francisci Pisorii: in Provincia Genesia pro novitiatu Conventum S. Francisci Genue, & pro professoris Conventus S. Francisci Taturni, S. Francisci Papie, & S. Francisci Caltrinovi: in Provincia S. Bernardini pro novitiatu Conventum S. Francisci Therani, & pro professoris Conve- tus S. Francisci Aquila, & S. Francisci Sulmonæ: in Provincia Calabria pro novitiatu Conventum S. Francisci Arena, & pro professoris Conventus S. Francisci Montis Leonis, & S. Francisci Jeraci: in Provincia S. Angeli pro novitiatu Conventum S. Francisci Ferme, & pro professoris Conventus S. Francisci Troie, & S. Francisci Foggie. In qualibet autem ex praenominatis Conventibus pro no- viitate, ut prefatur, designatus eadem Sacra Con- gregatio imperit licentiam hac vice tantu re- cipiendi novitios intra numerum huius praefixum, nempe in Provincia Romana decem clericos seu chorillas, & duos laicos, seu conversos: in Provincia S. Francisci decem clericos, & duos laicos: in Provincia Bononiensi decem clericos & duos laicos: in Provincia Neapolitana decem clericos, & duos laicos: in Provincia Marchie decem clericos, & duos laicos: in Provincia S. Nicolai decem clericos, & duos laicos: in Provincia Mediolanensi decem clericos, & duos laicos: in Provincia Etruria decem clericos, & duos laicos: in Provincia Genue decem clericos, & duos laicos: in Provincia Calabria septem clericos, & laicum unum: in Provincia S. Bernardini quinque clericos, & laicum unum: